Est autẽ intellectus humanus corpi vnitus. vel quia illi assistens per opatiões solum sicut nauta naui et intelligentia orbi. vt Auerrois 3° de anima. Uel quia forma corpis humani vt. s. Thomas contra gentiles lib° 2° cap°. lvi°. et alibi pluries imaterialis quo ad operationem sed materialis quo ad esse. vt sanctus Thomas scdo sentẽtiarum distinc. xvijª. et alibi. Existens primo actus totius corporis secũdario autem partium eius. vt sanctus Thomas in prima parte questione. lxxviª. Substãtie vero separate sunt forme simplices dicte genus entium separatorum seu entia separabilia. Auerrois primo phicorum cõmento vltimo quarum vna est prima dicta primam et principium entium immobile omnino faciens primum motum eternum vnum cõtinuum et diuinum. Auerroys. xij°. metaphisice cõmẽto. xliiij° supra totum vniuersum existens. licet alie non prie sint partes vniuersi vna cũ creatura corporali. vt sanctus Thomas in pª pte qõe. lxiª. Unde Algazel in sua metaphisica motus celi significat de esse sbam excellentem nõ mutabilẽ quam nõ est corpus nec impssa corpi. et huiusmodi substãtia dicitur intelligentia nuda. Dicuntur autem immãles aut sine materia non quia abstracte sint a materia. quia abstractũ a materia aliquãdo fuit materie coniũctum

sed sine materia dico id cuius penitus nihil
habet matie ꝓprietaté aliquã Albertus.xi.
methaphice tractatu 2° caplo 3°.

Propter secunduz

quidem huius Alexander ꝑipateticus Te-
mixtius ⁊ Theofrastus greci ⁊ Auépache
arabus q in tota vita sua sollicitus fuit sol
uere hanc qõnem ut inqt Albertus 3° de aia
nec q̃stio ista recessit ab eius cognitiõe per
tempus nutus vnius oculi vt recitat Auer.
tertio de ania ɔméto.xxxvi. ɔuenerũt in h
ꝙ intellect⁹ noster corꝑi vnitus itelligere po
test sbas sepatas quoꝝ rationes ⁊ im ꝓbati
ones reqrãt ab Auer.allegato ɔméto.

Auerroys aũt qui hanc ꝑscrutationem
fatet valde difficilem ⁊ ambiguam qꝫ in
ter omnes phos post Aristo.fuit subtilior ⁊
ꝑfectior vt de eo refert Johes Jando.3° de
ania.voluit ꝙ itellectus noster corꝑi huma
no vnitus possit intelligere substãtias sepa
tas etiã ituitiue ⁊ qditatiue. hoc aũt ꝓba-
uit Auer. in hoc scdo methaphice ɔmto ꝑ
suꝑ vbo phi dispositio itellectus in aia ⁊c.
qui volens exemplũ illud phi dicere diffi-
cultaté ⁊ nõ ipossibilitaté.vnde inuit rõnez
breuem quia dato opposito sequeret ꝙ nã
fecisset aliquid ociose ɔñs falsum.deus eniz
⁊ natura nihil frustra faciunt ꝑ celi ⁊ tertio
de aia .ɔña ꝓbat .quia fecisset aliquid nã-
liter itellectuz scz substãtias sepatas nõ intel
lectuz ab aliquo sicut si fecisset solem nõ ɔp
hendi ab aliquo visu. Ampli⁹ omés ho
mines naturaliter desiderant scire ꝓlogo h⁹
⁊ maxime desiderãt maxime scire. Constat
aũt ꝙ scire aliquid de substãtijs sepatis est
maxie scire ⁊ ꝑcipue de deo qui est nobilissi
ma substãtia ⁊ maxime appetit scire. Si g°
nihil intelligẽtur de deo potentia nostra itel
lectiua esset frustra.

Confirmat ois cognitio fit ꝑ assimilati
oné cognoscétis ad cognitũ ⁊ ɔũr quod est
magis sile itellãctui nr̃o est ab eo magis co
gnoscibile. Sed sbe sepate magis assimilan
tur ei q̃ substãtie mãles.⁊ ipe põt itelligere
sbas materiales. ergo a fortiori cognoscere
poterit sbas sepatas. Modus autem apud
Auer.talis é nã cũ itellect⁹ agés fuerit copu
latus itellectui possibili nõ solum in ratione
agentis sed etiam in rõne forme nõ quo ad
sbam: quia tali mõ semꝑ est ei vnitus.sed q̃
ad cognitionez quã ꝑus nõ habuit quo tpe
dicet adeptus q̃ adeptio nõ est aliud q̃ co
pulatio agẽtis ad possibilé mõ dicto tũc in-
tellect⁹ possibilis ꝑ intellectum agenté itelli
get qcqd itellect⁹ agés itelliget ⁊ hũ mõ per
modũ ɔueniẽtie ⁊ silitudis.qr itellect⁹ agés
é vna de nũo itelligẽtiaꝝ abstractaꝝ ⁊ ꝑ co
gnitioné ei⁹ deueniet in cognitõez abstracto
rũ ꝑ ɔueniẽtiaz q̃ habet cũ eis.hoc aũt erit
ordine q̃daz.qm̃ ꝑ itellectus possibilis intel
ligit oia mãlia.deĩn actũ ꝓpriũ:postea se ip
sum. deinde itellectũ agenté ⁊ ɔũr ascédédo
itelliget intelligentiã orbis lune dictuz ab a
strologis gabriel.postea mercurij dictã Ra
phael.deinceps veneris dictã anael.postea
solis dcam mihael.deinde martis dictã sa-
muel.deinceps iouis dictã sachiel.Demum
saturni dictã cassiel. ⁊ sic g̃datim quia sunt
mlto ples itelligẽtie.ut pz.xij°.me ce.sũt eni
lv.apd phm q̃usqꝫ ꝑueniat ad vltimaz itel
ligentiaꝝ q̃ est deus glosus ⁊ h mõ itellect⁹
ascédit itelligédo d forma in formã duz est
adeptus ⁊ hec dispõ est multũ mirabilis et
extranea.vt inqt ɔmtatõ.⁊ i hoc statu põit
hois vltiaz felicitaté in quo ɔsistit spes ⁊ fi
ducia oiuz phophantiuz.

Sed qcqd sit de opione Auer.s.Tho.
⁊ Scotus rephendũt Auer .quo ad rõnez
ꝑmã negãdo ɔñaz. dicũt.n.rõnez Auer.in
hoc scdo peccare pés fallaciã ɔñtis nõ eniz
seqt si nã nõ fecissz itelligẽtias itelligibiles
a nobis g° non ab aliq. est.n.fallatia ɔñtis
arguere ab inferiori ad suũ suꝑius negatiue
⁊ exclusiue ut habz.s. Tho.in 3° sentẽtiaꝝ
dis.vi.q.2ª. qualiter arguit in ꝓposito ꝓ-
pterea inqt Scotus ꝙ añs destruitur vbi
supple tu ɔsequés deberet destrui. Fallit etiã
ratio Auer.quia frustra dicit ꝙ ad finé or
dinat ad qué nõ põt ꝑtingere scdo phicoꝝ.

capl'o de casu & fortuna. Sed sbe separate fm suā itelligibilitatē nō ordiant̄ ad nr̄az intellectionem ut ad finē ergo nō sūt frustra itelligibiles lz a nobis non itelligant̄. sicut sol nō est frustra visibilis licet nō possit videri a vespertilione. Sz repbensio ista nō est imunis a reprehēsione. pcedit eniz ex malo itellectu verboꝝ Comētatoris. nō eniz accepit Comētator q̄ itellect⁹ noster sit finis sbarū sepataꝝ. Sed suppōit Auer. duo. pmuz q̄ potētia activa refert̄ ad passivā: quia actia nō pōt esse sine passiua. v°. methaphice.

Scdo suppōit q̄ itelligētie nālr sūt nate itelligi ab itellectu nr̄o cū ipse ptineāt̄ sub eius obiēcto p̄. s. sb ente. imo sunt entia nobiliora oibus alijs. Ex q̄ trahit̄ q̄ itelligētie respcu itellectus nr̄i habēt rōnem movētis & moti. qcquid enim est itelligibile de se dz habere potentiā passivā & receptivā cognitiōis sue in nobis corrn̄dentez. pctētia. n. activa refertur ad passivā qnto hui⁹ optet ergo q̄ reducat̄ ad actum alias esset frustra.

Ex hijs infert̄ deductio pñe Auer. si sbe sepate de se sūt itelligibiles ergo itellect⁹ noster debet hr̄e potentiaz passivā ad recipiendum cognitionē illaꝝ ex p̄ psupposito. & illa potētia in nobis si nō recipet cognitionē sepatoꝝ eēt frustra ex 2° supposito. Et q̄ hec fuerit eius intētio pz p hoc ex° quod subdit sicut q fecerit solez nō ꝯprehensum ab aliquo visu q tn̄ de se est natus ꝯphendi. & per pñs aliqs visus est natus eum ꝯprehēdere. Alit̄ dicit̄ q̄ itentio Cōmentatoris nō est q̄ itelligentie quo ad suā itelligibilitatē essent frustra: s potētia itellectiua nostra passiua correspondēs illis ad quas refert̄ sicut ad formas activas itellectas esset frustra & ociosa si nunq̄ ad actū deduceretur.

Alr r̄ndet̄ q̄ licz itelligētie nō sint pter itellectuz nr̄m p̄maria itentione tamen manifestant se ei p suos effect⁹ sensibiles. Unde ꝯmētator 2° celi. Oē q̄ agit p̄maria intētiōe pp aliqd agit aliō s'aria itentiōe nisi eēt aliqua nā inata ad largiendū. Et sic saltē seqt̄ q̄ si itellect⁹ nr̄ nō itelligēt h⁹mōi sbas q̄ ipse eēnt ociose pp defectū finis scđario itenti qđ est absurdū. Et pptea Jobs Jand. Auerroys singlaris emulator in. h° 2° & in 3° de aia inqt q̄ rō Auer. est multū efficax & ppinq̄ p̄ncipijs se notis i hoc gñe pp q̄ verecūdet̄ ille qcūq; psumit dicē rōnez talem eē verisibilē. null⁹. n. i reb⁹ phicis iuentus illius subtilē pspicacitatē excellē imo nec ei equerari q̄uis aliq nescio qua supbia moti presūpserūt aliquas frivolas obiectiōs ꝯtra eum scribē quas paꝝ exercitatis ꝯstat nullius valoris esse.

Albertus aūt magn⁹ 3° de aia p̄ter hoc q̄ nō posuit vnicū intellectū nr̄o in oib⁹ hōibus: nec itellectū agentē & possibilez ptes essentiales aie intellectiue imo potētias nāles imitat̄ ex toto Auer. & qz ipse fuit optimus dilucidator vboꝝ Auer. iō adducat̄ eius vba inqt Albert⁹ itellecta speculatia q̄ fiunt i nobis nām & voluntatē fiūt in nobis intellectu agēte ifluente eis itelligibilitatē & faciēdo hec itellecta fm actū eē itellecta. Et intellectus agēs ꝯiūgit̄ nobis ut efficiēs: & qz oibus hijs ifluit itellectualitatē & denudationē sūt oia sibi silia in hoc q̄ sūt sepata & nuda & iō in oibus hijs accipit ꝯtinue itellect⁹ possibilis lumē agentis & efficit̄ sibi simili° de die in diem & hoc vocat a philosophis moveri ad ꝯtinuitatē & ꝯiunctiōez cū itellcu agēte & cū sic accepit oia itelligibilia habet lumē agentis ut formā sibi adherentem: & cum ipse sit lumen suum eo quia lumen suū est eēntia sua & nō extra ipm tunc adheret itellect⁹ agens sicut forma mar̄ie: & hoc sic ꝯpositū vocat̄ a pipateticis itellect⁹ adept⁹ & divinus: & tunc hō pfectus est in opando opus illud quod est opus suū inq̄tuz est hō quod opat̄ deus & hoc est pfecte per se ipm cōtemplari & intelligere sepata. Et iste modus & ista causa ꝯiunctionis concordant cū Aristotele in. x°. ethice vbi fere dicit ista & precipue concordat cum Eustrachio & Mihaele ephesio qui fere in hoc sensu exposuerunt Aristotelem ibidem. Et paulo inferi⁹ subdit. Ex hoc iterum patet q̄ intellectus

agens ꝑ ut est adeptus ut forma ingredi-tur in hominem ab extrinseco sicut dicit Aristoteles in .xvi°. libro aialium. Et iterum subdit. mirabilis autem ⁊ optimus est iste status intellectus sic adepti. per eum enim fit homo quodãmodo silis deo eo ꝙ potest sic opari diuina ⁊ largiri sibi ⁊ alijs intellectus diuios ⁊ accipere omnia itellecta quodãmodo. Iste aũt solus in vitate modus est quo oẽs homines natura scire desiderãt. qꝛ isto solo modo homo est hõ ⁊ opatur q̃ sũt hois. Vide enim eos qui sic itellectum nõ sũt adepti si dicas aliquid de ɔtemplabilibus nõ itelligunt plus quã bestie. Cum autẽ hec sit ɔiũctio intellectus adepti cum homie optet scire ꝙ qdam nobilioris aie exñtes q̃ si oia querenda in pħia quasi ꝑ se ipos facile itelligũt sicut dicebat̃. de Ypocrate choo vñ Hali rodoaꝫ ꝑ tegni ipossibile est ɔprehendẽ artẽ medicine sine arte dyaletice nisi sit hõ excellẽtis nature sicut ypocras. naꝫ bonitas nature eiꝰ ⁊ sufluitas solertie ipius ꝑduxerunt eum ad hoc vt vteretur hijs doctrinis absq; arte dyaletice nãliter.

Auic. ãt nono sue methaphice: ⁊ isecutor eius algazel aliũ modũ sequẽtes dicũt ꝙ in veritate possibilis itellectus est i nobis pmo sic tabula rasa ⁊ planata qui cũ adiscit hꝰmõi acqrit formas itellectas ꝑ hoc ꝙ agẽs denudat eas ⁊ ɔiũgit eas itellectui possibili Est autem intellectus agens apud Auic. intelligẽtia quedam separata gubernãs que sũt in spera actiuoꝝ ⁊ passiuoꝝ simpliciũ ⁊ cõpositoꝝ ꝑducta ab itelligentia lune se ipa itelligẽte ⁊ nõ est ipa itelligẽtia lune. sed eius imediatus effectꝰ. Cõciliator dr̃ñtia cẽtesiᵃ pma ɔtra modernoꝝ q̃ plures ⁊ precipue Paulũ Venetũ. ꝑ posterioꝝ. Et cũ quelibet eaꝝ formã itellectualitatis accipiat ab agẽte optet ꝙ possibilis in qualibet eaꝝ ɔuertatur ad agentem ꝑ cum pfecta fuerit ɔuersio eius ad agentẽ. tunc ɔiũgit̃ itellectui agenti ut forme: ⁊ tunc ꝑ ipm intelliget separata. Et ideo adiscere nihil aliud est quã acqrere pfectam habitudinem qua materialis ad agentem cõuertatur quã cum acquirit omnia scit. Sed hic modus dubiꝰ est qualiter enim itellectus acqrit aptitudiem ɔiungẽdi se intellectui agenti postq̃ intellecta nõ sunt in ipso. Amplius cum intellectus agens ɔiungit̃ itellectui possibili post scientiã ⁊ cũ sit incorporeus ⁊ insepatus videt̃ ꝙ eadeꝫ ratione cõtinuetur etiam ante scientiã: ⁊ sic semper ɔtinuet̃ ei.

Sanctꝰ Tho. Catholice vitatis propugnator eximius in tertia ꝑte. q. xi. ⁊ in cõmento libri de causis ⁊ alibi pluries. Ex intẽtione ꝑpria tenet ꝙ anima hic idest presenti statu vt corpi vnita non cognoscit substãtias sepatas quid sũt ꝺm speciem. sed quia sunt: que opio fulcit̃ pmo: quia aĩa itellectiua corpi cõiuncta nihil intelligit nisi abstrahẽdo a fantasmatibꝰ hoc aperte teneꝫ scũs Thõs in pma pte pluries: ⁊ scda scde q. xviij. ⁊ alibi pluries. ⁊ ꝓbatur experimẽto: quia leso organo fantasie itellectus impeditur ab adiscendo incognita ⁊ a speculando cognita quod nõ esset nisi in vtraq; opatione fantasmatibus idigeret.

Amplius cũ volumꝰ aliquid intelligere formamꝰ nobis ydolũ quo id aspicimus. vñ sic se habẽt fantasmata ad intellectuꝫ sicut sensibilia ad ꝺsuꝫ 3° de aia. Cõstat autem ꝙ itelligentie sepate nõ faciunt fantasmata: qꝛ fantasia est motus factꝰ a sensu ꝺm actũ 2° de aia. ipse aũt non sunt sensibiles. ergo nec fantasiabiles. nec etiã possunt ɔphendi quo ad qditatẽ eaꝝ ex hijs que faciũt fantasmata: quia effectꝰ qui nõ adequat potentiã cause nõ inducit in cognitionẽ qditatis cause: quia qditas talis cause excedit effectũ illũ. Sed sbe sepate si cognoscant̃ ꝑ illa que faciunt fantasmata in nobis nõ cognoscũt̃ ꝑ effectꝰ huiusmõi: quia nõ adequãt potentiam sue cause ergo ꝛc. Tum quia finiti ad infinitum nulla est ꝓportio ergo nec alicuius effectus sensibilis est ꝓportio ad qditatem dei. si ergo quiditas dei que est pma causa effectꝰ nõ potest cognosci ꝑ effectum multominus quiditas alterius substãtie separate

cũ quelibet alia minus causet quam prima Dauid iudeus de cãis ꝑpone ꝑma.

Amplius q̈ditas rei mãlis est obiectũ ꝑ priũ saltẽ respectu itellectus possibilis hois viatoris ꝙ ꝑbat᷑: quia obiectũ ꝑportionatur potẽtie cui⁹ est. itellectus aũt est potẽtia existẽs i materia nõ tamẽ opat᷑ mediãte organo. ergo obiectũ ei⁹ erit i materia nõ aũt ꝯsiderat᷑ iquãtũ existẽs i materia talis est q̈ditas substãtie mãlis abstracta ꝑ itellectũ Alias. n. tolleret᷑ necessitas ponẽdi itelrectũ agentẽ hoc vult. s. Tho. i ꝑma pte. q. xij. ⁊ 3° de aia ⁊ in libello de idiuiduatiõe licet obiectũ itellect⁹ angeloꝝ sit ei⁹ ẽẽntia. s. Th. in ꝑma pte. q. lxxxv. Et obiectũ itellect⁹ diuini sit eius nã. s. Tho. ꝯtra gẽtiles libro ꝑ caplo. xlviij. ⁊ alibi pluries ergo nihil posit a nobis ꝑ se itelligi quod nõ est mãlis q̈ditas nec cognoscibile ꝑ talẽ q̈ditatẽ. sbe aũt sepate q̈ditas nõ est mãlis nec cognoscibilis ꝑ talẽ q̈ditatem ꝑpter in adequatiõem ⁊ inꝑportionem ergo ꝛc.

Et si qs afficẽtur doctrie. s. Tho. sequẽdo hec fũdamẽta facilis esset solutio argumẽtoꝝ Scoti ⁊ Johis Jand. ꝯtra ipm.

Ad ꝑmũ. n. oẽs hoies nã scire desiderãt ꝑ methaphice ergo maxiam sciam maxime desiderabũt ꝛc. huic argumẽto rñdet. s. Th. in q̈õnibus de aia q̈one vnica articulo sexto ꝙ finis ad quẽ se extẽdit nãlis possibilitas aie hũane est ut cognoscat sbas sepatas ſm capacitatẽ sue nature vꝫ ꝑ abstractionẽ speciéꝝ a fantasmatib⁹ cognoscẽdo de eis. q̈ sũt ꝑ q̈d non sũt ⁊ ad hec nõ impedit᷑ ꝑ hoc ꝙ corpi vniat᷑. Et silr i tali cognitiõe sbe sepate vltia felicitas hois ad q̃ ꝑ nãlia puenire põt ꝯsistit. licet ergo hõ maxie desiderꝫ scire sbas sepatas q̃tũ ad quia in pñti vita ⁊ quãtũ ad q̈d in alio statu: nõ tñ sequtur ꝙ possit in pñti vita cognoscẽ q̈ditatẽ sbaꝝ sepataꝝ. oẽs enim desiderãt in hac vita beatitudiem ſm Augustinũ. xij. de tri. ad quã nõ possum⁹ ptigere in hac vita.

Ad 2ᵐ cum arguit᷑ felicitas hois ꝯsistit i speculatione veritatis. x°. ethicoꝝ. ⁊ i calce ꝯcludit ꝙ sapiẽs erit vtiq̈ felicissim⁹. Sapiẽtia etiã est circa altissimas cãs. vi°. ethicoꝝ ergo i speculatiõe altissimaꝝ cãꝝ ꝯsistit felicitas hois. ad felicitatẽ aũt hois cuꝫ sit finis ꝑprius hõi nõ est ipossibile hõi pertingere. nullus enim conat᷑ ad terminũ nõ futurum venire 2° methaphice. Cui rñdet. s. Tho. vbi sup̄ ꝙ felicitas hois q̄ põt haberi in hac vita ꝯsistit in cognitiõe sbaꝝ sepataꝝ quãtũ ad quia est nõ q̃tũ ad quid ẽ. Et si iuster᷑ ꝙ felicitas hũana de qua loq̈t᷑ Aristo. x°. ethicoꝝ haberi põt in hac vita: ut ex v̈bis eius appet cũ inq̈t quare erit vtiꝙ felicitas speculatio q̈dã opus aũt erit in exteriori pte ⁊ optet corpus sanũ esse ⁊ cibũ ⁊ reliquũ famulatũ exister᷑. illa aũt nõ habẽtur nisi in hac vita. Amplius nõ videt᷑ certum ex intentione philosophi ꝙ posuerit aliã vitaꝫ esse scdo eniꝫ de aia ⁊. xij. methaphice. dubitatie videt᷑ loqui felicitas autẽ ſm ipm est finis homis ⁊ ꝯñter possibilis attingi in aliquo statu. Constat autem hoc certitudinaliter ipm posuisse.

Ad ꝑmũ respõdetur ꝙ Aristo. ibidem loqtur de felicitate naturali ad q̃ homo per sua naturalia puenire põt que potest haberi i hac vita ꝑ cõsistit in cognitiõe substãtiaꝝ sepataꝝ: quia est ⁊ nõ quid est ut dicebat᷑.

Ad 2ᵐ negari põt ꝙ Aristo. nõ posuerit aliã vitam ut patet. xij. methaphice: qui cõcludit numeꝝ substantiaꝝ sepataꝝ ⁊ vnuꝫ ꝑmũ ens quod est suũ intelligere suũ velle ⁊ sua vita que est delectabilis ⁊ sempiterna Et scdo celi ponit entia optiam vitam ducentia. Et in libro de pomo quem ediderũt discipuli Aristo. post e⁹ morteꝫ ⁊ est autẽticus qui nõ soluꝫ apud nos habetur. veruꝫ etiam a iudeis ⁊ Arabis.

Aliter supposito etiam ꝙ nõ ponat᷑ alia vita ſm philosophum dicat᷑ ꝙ felicitas de qua ibidem loquitur Aristo. potest haberi in hac vita. nõ tamen felicitas vltima simplicit᷑. vnde licet hõ desideret scire substãtias sepatas q̈ditatie nõ tamẽ in hacvita hoc est possibile: sed in alia. illud eni desideriuꝫ

nō est ad īpossibile simpliciť. licet sit ad ipossibile quo ad aliquod tempus.

Ad aliud ⁊ est argu^m Jobis Jand. Si anima vnita corpi intelligit. quia est idest esse intelligentiaꝝ ⁊ nō quiditatem queriť. vtrū tale eē sit vnuз cū q̄ditate aut diuisum si vnū ergo itelligendo esse itelligiť q̄ditas. Si distinctū cuз oē cognoscēs distictionem aliq̄ꝝ extremoꝝ itelligat extrema ergo aīa vnita corpi cognoscet q̄ditatem illaꝝ ⁊ non ꝑ sensuз: qꝛ ꝑ sensum solū cognosciť eē ergo itellectū ⁊ ꝯñr q̄ditatiue. cuiꝰ oppo^m dicit opio. Ad istud r̄ndeť ꝙ aīa bз itellectum potentē oīa itelligere n̄aliter q̄ est natus intelligere ex ꝟsibus duз est corpi vnitus nec ex fantasmatibꝰ pōt intelligētias q̄ditatiue cognoscere. Et ad formaз argumēti dicitur ꝙ itelligimus esse ipaꝝ intelligētiaꝝ ꝯfusuз scilз nō tale esse ⁊ cognosciꝰ ꝙ suuз eē nō est idem formaliť cū q̄ditate accipiēdo silitudinem talē qualis repiť i rebus m̄alibus nōn tm̄ ab ipis itelligentijs ituitiue acceptaз exq̄ ꝯfuse babemus noticiā ipaꝝ. Si ergo argumentū itendit de noticia distīcta oīa negan⸗da sūt si ꝯfuse ꝯcedātur: ⁊ iō negeť vltima ꝯña. Ad aliō ar^m negeť qō ꝑtendit ꝯtra sūdamentū illō. si aīa corpi vnita nō potest s̄bas sepatas itelligere ergo nec duз est sepata ꝯñs ꝯtra opionem ꝯña ꝓbať: quia po^a improportionalis alicui obiecto nō pōt per aliquē habitū aduenientem sibi cognoscē per se illud obēm. ergo si potētia itellectiua anie ꝯiūcte corpi sit improportiōalis q̄ditati s̄be sepate ꝑ nullum babitū quē recipet cum ipa remanebit sepata poterit fieri ꝓportionaliſ. g° sicut nᶜ ꝯiūcta ita nec sepata poterit ⁊c. ꝓbať maior: qꝛ oīs babitus receptibilis i aliqua potētia uel respicit ꝓ obiecto ꝓprio obiectū istius potētie: uel respicit aliqō ꝑticulare cōtentum sub obiecto potentie ꝓ obiecto sibi ꝓprio. Ad hoc argu^m negāda est maior ⁊ ad ꝓbationē iteꝝ negeť ꝙ nūq̄ h̄itus recipiat ꝓ obiecto aliqō iproportionale potētie. potētia enim itellectiua pōt eleuari aliquo habitu ad aliquid cognoscēdum quod nō poterit cognoscē ipa potētia nuda ut pз p. s. Tho. in prima pte. q. xij. articulo vltio vbi p̄lcbꝛi^a dicit. Est. n. habitus ifusus pfectior acq̄sito ſm genus suū scз rōne sue originis ⁊ finis: licet q̄nq̄ ecōuerso. quo ad modū babēdi uel ꝑficiēdi. s. Tho. in qōibus ꝺ ꝟitate. q. xij. Ad aliud si aīa hūana sepata cognosceret aliqō obiectū ꝑ se qō mō nō pōt cognoscē puta q̄ditatē taliū s̄baꝝ ergo nō esset eadē potētia. tūc ⁊ mō: qꝛ eiusdem potētie est idem obiectū 2° de aīa. R̄ndetur negādo ꝯñam: quia eadē ē potētia itellectiua que ꝯiūcta cognoscit. quia est itelligētiarum que sepata cognoscit quid est eaꝝ. aīa eniз ꝯiuncta corpi habet vnū modum eēndi quē nō bз sepata. ⁊ iō bз aliū modū itelligēdi.

Ad aliud argu^m q̄ ꝓbať ꝙ si aīa corpi vnita de substātijs separatis intelligit. quia sūt etiam itelligit q̄d sunt rō q̄ꝫ facit nomen est diffinitio q̄rto methaph̄ice. diffinitio āt est q̄ exprimit quid ipius rei ergo vbicūq̄ itelligimus rōneз q̄ꝫ significat nomen ibi possumus itelligere quid est res. Sed vbicūq̄ iponimus nomen ad significāduз ibi possuꝰ itelligere rōnem q̄ꝫ significat nomen. nullus eniз significat per vocem quod nō itelligiť. Substātijs autē abstractis ⁊ sepatis iponimus nomina ꝓpria ut supra patuit significatiua ipaꝝ cuius signum est: quia de nullo sūt vera illa que de deo affirmātur nisi de illa substātia sepata cui hoc nomen imponiť ergo possūt itelligi ab intellectu corpori vnito quid sunt. Ad quod argumentū r̄ndetur ex doctrina sancti Thome in q̄stionibus de veritate questiōe quarta articlo p̄mo ad octauum ꝙ nomen dicitur imponi ab aliq̄ dupliciť. aut ex pte imponētis nomē aut ex pte rei cui nomen imponiť. Ex pte autē rei nomen diciť iponi ab eo ꝑ quod ꝯpletur tio rei quā nomē significat: ⁊ hec est d̄r̄ntia specifica rei ⁊ hoc est ꝙ principaliter significatur per rationē. Sed quia d̄r̄ntie specifice sūt aliq̄n nobis ignote q̄nq̄ vtimur accidentalibus uel effectibus loco earum ⁊ ſm hoc nominamꝰ rem. ⁊ sic id quod loco dif⸗

ferẽtie eẽntialis sũit est a quo iponit nomẽ ex pte iponẽtis sicut lapis iponit ab effectu qui est ledere pedem ⁊ hoc nõ optet pncipa liter eẽ significatũ per nomẽ. Sed illud loco cuius hoc iponit. qcunq ergo iponit nomen ad significandũ ex pte rei cui iponit cogno scit ppriam differẽtiaʒ. nõ aũt ille qui impo nit nomen ex pte imponẽtis sicut sũt oia no mia deo ⁊ sbijs sepatis attributa ab hoie ⁊ sic nõ optet q cognoscamus qditatiue deuʒ ⁊ itelligẽtias p statu isto. Ad aliud de sub stantijs sepatis cognoscimus si est sm se ⁊ n̄ accidẽs. ergo de ipis possum cognoscere qd est maxie d deo in q idẽ est si est ⁊ qd est pʒ ɔn̄a. qr qñ cognoscit si est per se tunc co gnoscitur quid secundo posterioruʒ parte illa. iteruʒ auteʒ speculandũ est. Rñdet q Aristo. loqtur ibideʒ de quid est qd nois ⁊ nõ quid rei. Ad aliud ipossibile est argu ere ɔpositionẽ aliqꝝ nisi cognitis extremis hoc enim vbuʒ est significat qndam ɔpõneʒ quã sine extremis nõ est itelligere p pierme nias. Esse aũt imediate inest qditati itelligẽ tiaꝝ ergo si cognoscim substãtias sepatas eẽ ⁊ ɔn̄r eẽ qditati illaꝝ in esse seqtur neces sario q cognoscamus eaꝝ qditates.

Ad hoc rñdet ɔcedẽdo ɔn̄s. cognoscitur eni eaꝝ qditas ut nõ talis ɔfuse p moduʒ ⁊ silitudiem mãliuʒ sed nõ distĩcte. Ad aliud in oi ppõe negatiua est aliq affirmatia prior 2 piermenias capitulo vltio. ideo. n. ista bonũ nõ est malũ est vã: quia hec affirmati ua prior est vã bo est bonũ ⁊ qrto metha phice notior itaq est dictio q opposita ne gatio ergo si de substãtijs sepatis cognoscit qd nõ sũt de eis pus cognoscit qd sũt. Rñr ɔcedẽdo ɔclusioʒ. pus. n. d. A. itelligẽtia co gnoscit q est. A. itelligẽtia añq intelligat q ipa nõ est. nõ tñ p cognoscit qd ẽ qditatie

Scotus autem in hac questione imagi nat. vi. gdus noticie sensitiue quibus corñ dent. vi. alij noticie itellectiue. pmus est noti cie ituitiue q est de pñte non tm̄ spẽm nec tm̄ sub rõne cognoscibilis. s in ppa nã qre Scot in qlibetis. act ituitiu ɔcernit actu alẽ rei exñtiaʒ. qr talis actus nõ põt eẽ sine actuali existẽtia rei. in cognitiõe. n. intuitiua motiuũ est res in sua actuali existẽtia. q sub alijs verbis dicũt alij esse noticiã que est de re p seipsaʒ terminatã ad rẽ in se ⁊ causataʒ a re in seipsa. que vtruʒ sit possibilis nãliter intellectui p statu isto de aliquo obiecto in quit Scotus. in intellcũ ãt prima cognitõ. s. visiõis vel intuitiua nõ est possibilis in via. cuius ratio est. qr nulla potẽtia retẽtiua spẽi in absentia obiecti cognoscit reʒ sic inquãtũ s. est psens essentiã. intellcũs ãt retiʒ spẽs g ic. maior pbat qr spẽs qua talis potentia cognoscit vniformiter se hʒ ad ipsaʒ re pre sente sm essentiã ⁊ nõ psente. mior supponit a Scoto. sed nos eã tali rõe pbem. quicqd pfectõis est in potẽtia inferiori non est negã dum a potẽtia supiori. sed ɔseruare spẽs in absentia obiectoꝝ est pfectõis in potẽtijs ap phensiuis ⁊ cõpetit virtuti inferiori. s. sensui interiori. ergo a fortiori competit intellectui

Secũdus gradus noticie intellectiue est cognitio ipsi rei ppriaʒ spẽʒ cognite ex se genitaʒ abstrahens ab actuali existẽtia obie cti. ⁊ ideo potest esse obiectũ eius existens. ⁊ talis cognitio sit p speciẽ repñtantẽ obiectũ cuius motiuũ est aliquid in quo res habʒ ẽe cognoscibile q abstractiua nũcupatur. forte nõ incõpossibilis prime noticie simul in eo dem intellectu de eodeʒ obiecto. que siml ex istentes erũt distincte sm spẽʒ pp̃ter forma les rões motiuas hincinde. qr in noticia in tuitiua motiuũ est ipsa res in sua actuali ex istentia. in abstractiua auteʒ aliquid in quo res hʒ esse cognoscibile. ⁊ nllo hoꝝ duoruʒ mõꝝ sba sepata hic a nobis cognoscit. tum qr nõ hẽm de eis noticiã nãleʒ causataʒ ab eis imediate ⁊ ad eas termiataʒ. tũ et quia oporteʒ q ista spẽs originaret ab isto obie cto qd non fit qr earuʒ nullaʒ speciẽ hẽmus ⁊ in hoc ɔuẽit. s. Thõs vt innotuit supius.

Terci grad noti ẽ cogni obiẽi oppoita obiẽo pmi modi. vt cũ intellr aliqd oppo ɔtrarie. aut puatie obiẽo intuitie viso vt cũ intelligitur non visum obiectum intuitiue.

Quart⁹ ḡdus ē cognitio oppositi obc̄o abstractie cognito ut cū itelligit̄ nō rosa ab stractie. hij eni duo ḡdus ut ingt. Scot⁹ sūt p̄uationū ppriaꝝ intellectaꝝ p ipēs bituꝫ remouēdo. Cōstat aūt ꝙ nec altero hoꝝ mo doꝝ sbe sepate a nobis itelligūt̄. quia nec ꝯtrarie nec p̄uatiue opponūt̄ obiectis ituitie aut abstractiue cognitis ut pꝫ.

Quitus grad⁹ cognitōis est noticia ali cuius ex ꝯceptibus aggregatis. Et hac noti sbe imāles a nobis cognoscūt̄ ꝙ appellat co gnitioneꝫ ſm qditates eaꝝ pprias ut de p̄ itelligētia itelligēdo eam eē ens ifinitū neces sariū sempit̄nū. Scotus tñ in 3ᵒ dis. p̄mi p bat diffuse ꝙ nulla ps eētialis substātie si ue sit māl̄is aut imāl̄is ꝯcipit̄ aliq̄ ꝯceptu q ditatiuo nisi in ꝯceptu entis ⁊ in hac qōne i quit ꝙ vltra ꝯceptū entis nihil specialius i telligit̄ de qditate alicui⁹ sbe nō solū sepate sed etiā nec māl̄is. qōlibet. n. ꝯcipit̄ ꝯcipien do ens in cōi ⁊ qō est hoc ens singl̄are. q̄. n. rōe subā māl̄ subc̄a accñtib⁹ mltiplicāe pōt ppriaꝫ spēm sui cū specieb⁹ accñtium pari rōne ⁊ imāl̄is cū spēbus suaꝝ actionū nō mi nus eni depēdet actio ab agēte ꝙ accidēs a subiecto. Sed ipi enti ꝯiūgim⁹ accidentia positia uel p̄uatiua q̄ cognouim⁹ ex sensu ⁊ facimus ex ente ⁊ ex multis talib⁹ vnaꝫ de scriptioneꝫ que tota nunꝙ̄ inenit̄ nisi in tali specie ⁊ ꝯcept⁹ talis descriptionis ē pfectioꝛ ꝯceptus quē habemus de tali spē substantie vbi gr̄a ex esse in alio localit̄ ꝯcipim⁹ eē in alio sic̄ accñs in subiecto ⁊ eius oppo⁰. vlte rius p accidēs nō in subc̄o ꝯponimus ens ñ in subiecto qō est sba. nihil tñ ꝯcipimus qd nō ens vltra dimēsiones sentim⁹ ens natum recipe dimēsiones: ⁊ est ꝯcept⁹ corpis non natū recipe sba icoꝛpea. ita ꝙ in oībus hijs si queraẗ qd est istud quod sic est aptuꝫ uel cui nō ꝯuenit eē in subc̄o dicimus ꝙ ē vnuꝫ ens aliqd res: nec habem⁹ specialiorē ꝯce ptū de qditate eius. Sic āmouēdo oīa cor poralibus ppria ⁊ ex itellectiōe ⁊ volitione n̄ra quas expti sum⁹ cū impfectiōe abstrahē do intellectiōeꝫ ⁊ volitiōeꝫ in cōi itelligendo āmotionē istius impfectiōis attribuēdo illis positiue habem⁹ vnā descriptiōeꝫ ex p̄uati uis ⁊ positiuis vbi nihil est de qditate descri pti nisi ens. alia oīa sūt pprietates eētie ta lis. Sic ergo pꝫ qūo nulla sba itelligit̄ pse nisi in vniūsalissimo ꝯceptu scꝫ entis. p acci dens aūt itelligit̄ in pticulari itelligendo scꝫ pprietatem uel ppetates illi soli ꝯueniētes.

Sextus ḡdus noticie est p accñs cū ali qd cognoscit p spēm illius quod sibi accidit ut substātia ꝯcipit̄ p spēm accñtis apud ꝙ plures. Et hic gradus coicidit cū opinione Scoti imediate p̄cedēte. ⁊ hoc mō itelligen tie sepate a nobis possūt itelligi scꝫ p effect⁹ suos ⁊ hoc etiā intelligit. s. Tho. in opione sua cū dixit aīa hic nō itelligit substātias sepatas qd sunt. sed quia sūt. i. p effect⁹. sbe nāq; imāles cognoscūtur p hoc ꝙ multa ꝯp hensa simul ꝯcipiūt̄ q̄ oīa nūq; alibi iueniū tur: ⁊ nulli alij ꝯueniunt: ⁊ iste est cōceptus aggregat⁹ ut de deo ꝙ est ens ifinitū necesse esse p̄muꝫ q̄ oīa nulli ꝯueniūt sil̄ accepta ni si deo. ⁊ sic de alijs itelligētijs. Cōstat aūt ꝙ tales ꝯditiones faciūt ad cognitionē substā tiaꝝ sepataꝝ quo ad qd est. veꝝ tñ solū in ḡnāli icomplete seu ꝯfuse sicut cognoscendo hoiem eē sbam ⁊ nō dr̄ñaꝫ specificā cogno scit qd est hō in ḡnāli: ⁊ hoc idē pculdubio nō negaret sanctus Tho.

Propter tertium

qdem hui⁹ p̄mitus inte⁰ humanū corpi p hemus intelligē posse substātias sepatas ne dū cōfuse ⁊ ꝯceptu ḡnāli imo distīcte ⁊ cog nitiōe pfecta imo qditatiua ⁊ sub ppria [illegible] rū rōne ⁊ pcisa. Deide modū adducamus Postremo aiaꝫ a corpe sepatā itelligē. ⁊ q̄ itelligat. ⁊ qūo. Pri⁰ psuadet̄ sic oē demō stratiue cognoscibile ab itellectu hūano cor pori vnito ē pfecte ab eodē cognoscibile. sed substātia imāl̄is est h⁹mōi ergo ꝛc. maior p bat̄. qꝛ pportionabilit̄ ut euiden⁰ ē maior ipa ḡnat maiorē ⁊ pfectiorē cognitionem in itellectu. Sed euidētia demōstratiua est pfe ctissima euidētia ergo pfectissimā cognitōeꝫ

de re generat in intellectu. minor pbatur. qr euidentia demostratiua. viij° phicorum coclu/dit q primus motor est imobilis impassibi lis nullam hns magnitudine. Et silir 2° me/taphice q est dare supmam causam efficietem a qua dependet essentialr totus ordo causa rum essentialr ordinatarum. et piter. xij°. meta/phice in fine vn° ergo princeps. talis aut no ticia est qditatiua qr quacumq demostratioe demostrant pprietates et passioes alicuius rei p eandem innotescit qditas eiusde rei. na si accidetia coia multu coferut ad cognosce dum quod quid est plogo de aia. ergo a for tiori aliqua ppria q imediate egrediutur a ppriis principiis suis. et pcipue qr in sepatis a materia idem est esse et qditas 3° de aia. er go si hic intellect° pot pfce cognoscere esse il larum ita et qditates illarum.

Amplius psuadetur idem sic. quanti am bitus est appetitus ronalis in hoie tanti vel maioris ambitus est intellectus. sed appe/titus ronalis pot ferri pfecte in substatia om nino immalem. ergo intellect° pot pfecte illam intelligere. maior pz ex hoc q appetitus ro/nalis in opando sp psuppoit opatom intelle/ctus 3° de aia. sed non ecouerso qr voluntas no fert in incognitu lz intellcus multoties fe/rat in no volitu. sed mior pbat qr volutas fert in aliqd psentatu sibi sub roe boni. sed substatia imalis vt deus vel intelligetia pre/sentatur sibi sub roe boni et p actum positiuu no mi° q in sbam malem et coruptibile qre etc.

Adhuc intellectus human° seu aia intel lectiua tanto pot seipsam diligere qto qlibz rem malem. sed qtuncumq pot seipm diligere tato pot seipsam intelligere. ergo tato vl ma gis pot seipsam intelligere q aliqua rem ma/lem. et p ons habet ppositum cum intellectus sit res imalis. assuptum pbat p maiori qa appetitu nali appetit magis se esse q aliqua rem malem. ergo p ide actu elicito poterit ma gis se diligere et potissime cu magis vniatur sibi cum et sit pfectior simplr q aliq substan tia malis. minor pbat qr dato opposito po nat q aia diligat se gradu dilectois vt qua tuor et sola cognoscat se gradu cognitiois vt duo et remittat vtraq eque velociter ad no gradum sequitur q aliqn illa dilectio erit vt duo et consequeter aliqd dilectu erit omnio incognitum quod est impossibile.

Ampli° intellcus hu. pot pfecte cognosce re seipsum. sed ipsa est substatia pure imma/lis. ergo qua roe vna ea roe qualibz. pz ons cu miori. qr sm phm 3° de aia. intellcus e im mixtus g° immalis. Sz maior pbat. nam sm coem opiniom qcquid dixerit Scotus in tellectus hu. pfecte pot cognoscere quidita/te rerum malium. ergo pfce pot cognoscer qdita tatem hois. sed no pot pfecte cognosci qditas hois nisi cognoscat natura aie intellectiue cu ipsa sit d integritate nature humae. ergo possibile est q aia intellectiua perfecte cog/noscat a seipsa.

Adhuc si intellectus hois no posset pfe/cte cognoscere substatiam imalem potissime fo ret ex hoc q no posset deueire in noticia illi° ad intelligendu a reb° sensibilib°. patz ons qr hoc videt potissimu motiuum. s. Thoe et Scoti. ois. n. noticia intellectiua fit ex pexi/steti cognitoe sensitiua. Sz falsitas ontis ar guit. maior est distatia inter substatia ma/teriale et suu accns q inter sbam malem et im malem. sed no obstante illa distatia adue ex accnte deuenit in cognitom pfectam substatie malis. ergo silr p abstractoem a pprietatib° sbe immalis possum° deueire ad pfecta noti ciam sbe immalis. ona at in hoc videt pate re. qr vbicumq aliqd se habz tanq male re/spectu alteri° ibi pot esse abstractio vlterior quousq deueniat ad simplr immale. omis at substatia corpea se habet vt male respcu incorporee quare etc.

Amplius omnis potencia cognitiua hns pfectam notitia de genere substatie potest per fecte cognoscere qualibet eius specie et conse sequeter substantiam immalem. sed hu. intel/lectus est huiusmodi.

Utrum autem supnaturaliter deus et in/telligentie pro statu isto videri possint absz rone stemus dictis sanctorum. vnde licet deus

nō possit videri essentiā naturaliter ab aliqua creatura. vt inquit sanct⁹ Tho. in qōnibus de veritate qōe. viiij. ꝛ contra gentiles libro 3° cap°. liij. ꝛ alibi pluries. ymo nec de⁹ p essentiā possit videri in hac vita mortali. vt idem. s. Thomas in 2ª 2ᵉ. q. clxxx. Paulus tamē ꝛ Moyses viderūt deū p essentiā vt. s. thōs i pria pte. q. clxxiiij. illa tamen visio nō fuit extra genus prophecie vt ibidē dicit. Nec repugnat ꝙ diuia eēntia nō possit videri ab aliquo intellectu creato sine lumie glorie aut supnaturali. vt dicit in pria parte. q. xij. Et ꝙ Paulus ꝛ Moyses viderūt essentiā dei sine lumine glorie vt dicit in qōibus de veritate qōe. x. quia lumē glorie dupl'r sumit. vt habet in qōibus de veritate qōe. xiij. p modū qlitatis pmanētis sicut lux in igne vel carbūculo vel stell' vel p modū passiōis trāseuntis sicut lumen in aere. Paulus ergo ꝛ moyses viderūt essentiā dei sine lumie glorie primo mō nō āt secundo modo.

Modus autē quo noster intellect⁹ corpori vnit⁹ intelligere pōt substātias sepatas talis est ymaginādo sic̄ ꝛ Alfarabi⁹ in sm̄ in tractatu suo ꝺ intellectu ꝛ intelligibili qui vult ꝙ cū intellcūs possibilis est in actu per speciē intelligibilē aut habitū intellectualem alicui⁹ entis tūc pōt abstrahere spēꝫ intelligibileꝫ a sua substātia ipsius repsentatiuaꝫ quā pōt seipsaꝫ intelligere. ita videt satis possibile ꝙ cū intellect⁹ noster possibilis fuerit in actu p species aut noticias effectuū sbstātiaꝝ sepataꝝ suaꝝ opationū ꝛ ppetatuꝫ elicere possit spēꝫ sue quiditatis repsentatiuā p quā ipsaꝫ qditateꝫ substātie sepate intelligere possit. sic̄ cuꝫ intellcūs cognouerit de pria intelligētia ꝙ est ens simpl'r primum independēs actus purissim⁹ vigoris infiniti ꝛ ita de reliqs ex illis elicere poterit specieꝫ qditatis diuie ꝛ rpñtatiaꝫ. Cōfirmat qꝛ elicē pōt spēꝫ ex spē vt⁹ estimatiā brutis g⁹ ꝛ intellctūs. hoc āt potissiē eueniet in intellectu in scīa diuia multū exercitato.

De tercio principali suppoñēdū in p̄senti cuꝫ fide aiaꝫ separi a corpe ꝛ eaꝫ numerari ad numeratōꝫ corpoꝝ. licꝫ Aristo. id nullibi expsserit. Vn̄ Scotus in hoc 2° qōe de infinitate effectuū nō asserit pħus alicubi fōmā aliquā nec ēt intellectiuā manere post sepatōeꝫ. xij°. n. metaphice de hoc loquit dubitatiue. Et Aug⁹. in libello de quātitate aīe dicat de numero aiaꝝ nescio qd tibi respondeaꝫ. si eniꝫ dixero vnā esse aiaꝫ conturbaberis ꝙ in altero beata est ꝛ in altero misera. nec vna res siml' beata ꝛ misera esse possit. si vnā dicā ꝛ multas ridebis. nec facile mihi suppetit. vnde tuū risuꝫ ꝯprimā. Si multas tm̄ esse dixero ipse met ridebo: licet Aug⁹. se derisibilē ꝓfiteat. Si multas spē ꝛ nūero intelligētias ꝓfiteat. quare Scot⁹ q̄rto sententiaꝝ dis. xliij. id ꝓbans inqt qꝫ est vere forma sbialis in hoīe nō est eadē numero in oibus hoibus. qꝛ sicut illud quod ē vere materia non est eadeꝫ numero in omnibus hoibus. qꝛ effect⁹ pticulares habent causas pticulares. 2° pħicorum. ꝛ. v°. ꝛ. xij°. metaphisice. ꝛ maxime tenet in causis intrisecis. sed anima intellectiua est vere forma substātialis in homine. tuꝫ quia est act⁹ substantialis prim⁹ informatiu⁹ corpis humāi: tū qꝛ est actus prim⁹ substātialis quo homo est homo. tuꝫ etiaꝫ qꝛ p ipsaꝫ homo substantial'r ꝛ specifice distiguit ab alijs aialibus. vt Auerroys. 3°. de aia.

Amplius si aia esset vna numero in omnibus tūc homo nō posset esse vniuersal' nec species. nec plures hoīes possent esse in eadē specie. naꝫ si eadeꝫ nūero in omnib⁹ ergo de se est hec ꝛ p cōsequēs hō qui est ipsaꝫ hō formaliter non erit vl'is ymo repugnat sibi natura specifica quod est falsuꝫ. Admissa igitur sepatōe anime a corpe. ꝙ aia intellectiua intelligat pbatur. quia ex oppositō sequeret substantiaꝫ intellectualeꝫ ppetuo priuari sua ꝓpria opatōe. quod repugnat pħilosophie ꝛ veritati. cōsequētia satis patꝫ. ꝙ autē ipsa intelligat p̄cipue immālia ꝓbatur qualiscunqꝫ ꝓportio ꝛ habitudo est repibil' inter vnuꝫ intellectū sepatuꝫ ꝛ aliuꝫ talis est

repibilis inter intellectuz hũanuz sepatum ⁊ aliuz intellectũ etiã sepatum. sed per illaz talem habitudinẽ põt vnus illoꝝ alterũ intelligere pfecte. ergo intellcũs human⁹ etiã poterit aliquẽ talez intelligere.

Amplius magis mobilis obiectiue est intellectus humanus sepatus a re immãli q̃ a mãli. ergo eas magis intelliget. añs pbatur qꝛ ad intellectionẽ rei immãlis nõ indiget fãtasmate. ⁊ pter hoc res immãles ex eaꝝ natura sunt magis intelligibiles ergo ⁊c. Et p hac parte est auctoritas. s. Thome in quolibetis quolibeto tercio. anime sepate cognoscũt se mutuo ⁊ angelos. Aia ẽt sepata nãlr cognoscit oia nãlia licet cõfuse. lz nõ semper cognoscat que hic fiũt. vt. s. Thõs in prima parte qõe. lxxxix^a. Potest quoqꝫ anima intellectiua sepata recordari pteritoꝝ que nouit cõiuncta. vt Scotus q̃rto sniaꝝ dis. xlv tuz qꝛ in ea est vera memoria intellectiua q̃ erat in eadez ꝯiũcta. ergo omniũ eoꝝ q̃ põt recordari ꝯiũcta põt etiã recordari sepata. qꝛ quorũcunqꝫ fuit mẽoria sensitiua eoꝝ fuit intellectiua ppter cognitõez intuitiuã ꝯcomitãtez. sed nõ omni recordatõne põt recordari sepata que potuit ꝯiũcta. ⁊ põt intelligere illa que erãt sibi habitualiter nota ãte sepatõez a corpe. vt Scotus ibidez. nã intellectus est subiectuz receptiuuz speciei intelligibilis. sed nullũ subiectuz aliter se habet in recipiẽdo accñs ppter variatõez eius quod nec est ratio recipiẽdi illud nec aliquo mõ ẽ necessariũ in recipiẽdo. ergo intellect⁹ ppter cõiunctõz eius ad corpus nõ se hz aliter ad spẽz ipsam q̃ qñ est sepatus a corpe. g° spẽs intelligibil' eodẽ mõ põt informare intellcũm sepatũ sic̃ ꝯiũctuz. Cũ ergo spẽs intelligibilis ꝯiũcta intellectui agenti ⁊ possibili cõstituat rõem memorie pfecte sequit̃ ꝙ in intellcũ sepato poterit esse mẽoria eiusdem rõis q̃ fuit in cõiuncto. sed cũ mẽo^a pfcã gñet in intellectu pfectũ actuz intelligẽdi seqtur ꝙ in intellectũ sepato poterit equalis actus gñari.

Modus ãt intelligendi aie sepate est ex spẽbus infusis ⁊ acqsitis hic non p innatas nec tũc abstractas nec ꝯuertẽdo se ad fantasmata sed ad supiora. vt inqt. s. Thõs ꝯtra gentiles li° 2° ca°. lxxix°. ad quod forte adiuuat intellect⁹ agens aie sepate. ⁊ q̃tuz ad vltimã ptez ꝯuenit sctũs Thõs cuz Alberto q inqt ꝙ intellect⁹ sepat⁹ intelligit p lumen ab intelligentijs celestibus receptus. Utrũ vero cũ discursu vel nõ respõdet. s. Thõs in tercia parte. q. xi. ꝙ vti collatiõe ⁊ discursu est ꝯnale aiab⁹ beatoꝝ licz discursus sit in aia dãpnata non autẽ in btã. vt. s. Thõs tercio sentẽtiaꝝ dis. 31^a. Utrũ autẽ cognitio aie corpi ꝯiũcta differat spẽ a cognitõne patrie. videt̃ ꝙ nõ qꝛ eiusdez po^e circa idez obiẽm eadez est actio specie. ergo cognitio nr̃a non differt spẽ tunc ab illa visione specie. ⁊ ꝯñr oẽs essem⁹ beati. lz illi qui sunt in patria essent beatiores. añs ptz. qꝛ siue actio specificetur ab obiecto siue a potẽtia si vtrũqꝫ est idẽ actio est eadez specie. Rñdetur ꝙ intelligere aie sepate ⁊ ꝯiũcte est vni⁹ rõis quo ad illustratõz nõ quo ad fantasmata. vt vult sctũs Thõs in quarto sniaꝝ dis. l^a. ⁊ ꝯtra gentiles li° 2°. cap°. lxxix°. licz concedat Scot⁹ ꝙ illa cognitio differt specie a nostra cognitõe. Et ad argumẽtuz in oppo^m rñr ꝙ illud añs verũ est qñ potẽtia est eadez obiectũ est idem ⁊ qñ fm eundez moduz agũt ⁊ ad inuicez se hñt: aliter posset actio spẽ variari. Exemplum aqua idez obiectuz infrigidat ⁊ humectat que sunt opatões alteri⁹ spẽi. ignis etiã cõburit lignũ ppe positũ ⁊ nõ remotũ sz tñ calefacit. variatio illa ẽt põt esse ppter mediũ. naz aliter videt visus p aquaz ⁊ aliter p aerẽ. Sol ẽt aliter videt̃ ĩmane q̃ in meridie ppter mediũ vaporosũz. Itez variatio illa põt esse ppter lumẽ. naz aliter videt̃ obiectuz aliqd in lumie candele ⁊ aliter in luie solis. Itez variatio illa põt esse ppter ratõz cognoscẽdi. nam aliter videtur aliquid p species pprias rectaz. ⁊ aliter p reflexaz vt ptz de obiecto viso in speculo reflectente. illa g° visio que est in via ⁊ illa q̃ est in patria hñt diuersa lumia repñtatiua obiecti que ad inuicez specie distinguũtur.

Dubitatur vtru3 anima vnita corpi cognoscat futura. Dicendum vt.s.Thomas in 2ª 2ᵉ qōe.clxxij.ª.⁊ alibi pluries ꝙ aīa vicia morti cognoscit aliqua futura ex reuelatiōe vel impssione causaru3 naturaliu3.vnde futura plus cognoscūtur a freneticis abstractis a sensibus morietibus dormiētibus ⁊ brutis ꝙ̄ ab oppositis.vt habet in prima pte.q.xij.ª ⁊ alibi pluries.

Propter quartu3

quide3.ad primū lic3 pbet ꝓpositū nostru3 tamē si quis doctrine.s.Thome afficeretur respōderat leuiter prio ɔcedendo maiore3 sb hoc sensu.ois potētia ꝛc.pōt in oē illud quod ɔtinet sub illo inquātu3 h3 rōe3 illius.⁊ ɔñr ɔcedit ꝙ intellcūs noster corpi ɔiūctus pōt intelligere substātias sepatas inquātum hñt rōe3 entis.⁊ tali mō etiā suas quiditates in quātu3 entia sūt. Et si arguit potēs in aliq̄ rōe3 pōt in oīa illa que ɔtinent sub illa rōe dicit ꝙ assūptu3 nō est verum.q2 visus pōt in albedinē ⁊ tñ nō pōt in dr̄ia3 indiuidualē que aliquo mō ɔtinet sub albedine.ita dicā de intelligētijs respcū entis.

Aliter rñdet ꝙ maior est vera de eo qd cadit sub obiecto adequato alicui⁹ potētie motiuo qd respcū intellect⁹ hoīs viatoris ē quiditas rei mālis.vt.s.Thomas in libello de indiuiduatōe ⁊ alibi pluries.⁊ sub tali ñ cōtinent substātie immāles.⁊ nō est vera illa maior de eo quod cadit sub obiecto perse prio coīssimo quod est ens. vt.s.Thōs in ꝑ sentētiaꝝ dis.viij.ª.⁊ alibi pluries.

Aliter rñdet Scotus in ꝓlogo primi sententiaꝝ ꝙ ens nō pōt poni obiectum primū nāle idest nāliter attingibile.⁊ ratio est quia ens est primū obiectu3 vt includit in oibus pse obiectis.⁊ vt sic nō est nāliter attingibile nisi quodlib3 illoꝝ sub eo ɔtentū sit nāliter attingibile.mīor ergo est falsa. Ens eni3 non est obiēm pri⁹ nāle.i.nāliter attingibile ꝓpter causa3 dicā ꝑmo ꝑ statu isto qditas rei sensibil est obiectū primū in mouendo io ꝑ statu isto nō nāliter intelligūt aliqua que nō ɔtinent sub isto prio obiecto motiuo.vt inqt Scotus in.3ª.dis.primi.Vñ idē Scot⁹ in pria qōe primi ɔtra Auic.inqt negādū est ꝙ nāliter cognoscat ens esse primū obiectū intellcūs nr̄i ⁊ hoc fm totā indifferentiā entis ad sensibilia ⁊ insensibilia ꝑ° fm Aristotele3 videt primū obiectū nr̄i intellectus esse quiditas sensibilis ⁊ hoc vel in se vel in suo inferiori hoc est quiditas abstrabibilis a sensibilib⁹.⁊ in q̄libetis obiectu3 nāle hoc est nāliter attingibile intellectui nr̄o.⁊ si pro statu isto sit qditas rei mālis vel forte aduc speciali⁹ qditas rei sensibil intelligēdo nō d̄ sensibili ꝓprie solū sed ēt de incluso eētialr vl virtualr in sensibili.tñ obiectū adeq̄tū intellectui nr̄o ex nā potētie nō est aliqd speci alius obiecto intellect⁹ angelici ꝛc. l3 ens sit obiēm pri⁹ nāle idest ad qd nālr iclinat ad intellcūs.stat.n.potētia3 aliquā nāliter inclinari in aliqd ⁊ tñ nāliter ñ posse illd attiger

Alr rñdet ꝙ argumētu3 solu3 ɔcludit ꝙ intellcūs pōt ipsas intelligētias fm qditate3 ꝓpriā intelligere ⁊ nō solu3 ipsas veꝝ ēt oīa aīalia terrestria ⁊ aq̄tica ⁊ oēs dr̄ias vltias ⁊ ꝓprias passiōes ꝑmo gñalr qcqd sb ente ɔtinet.l3 non ꝙ actualr oē tale intelligat.rō āt q̄re nō intelligit oīa talia actualr est ꝓptē defectū cognitōis accidētiu3 ꝓprioꝝ ducentiū pmaxie intellcm̄ in noticiā qditatiuā ipsaꝝ qditatū nāliter.

Ad ɔfirmatō3 cōcessa auctoritate Auerrois rñr ꝙ lic3 intellcūs possibil sit nālr receptiuus cuiuslib3 intellctōis nō tñ pro statu isto.⁊ causa huius est vel ꝓpter colligantia3 potētie intellectie cū potētijs sensitiuis ⁊ organicis rōe quaꝝ nihil est nat⁹ intelliger nisi q̄ hñt hitudine3 ad fantasmata aut mera volūtas diuina.vt inquit Scot⁹ in.3ª.dis. primi.aut propter pena3 peccati quā innuit Aug⁹.xv°.de trinitate cap° vltio q̄ cā est in qt cur ipsa3 lucē acie fixa videre non possis nisi vtiq3 infirmitas ⁊ qs eā tibi fecit nisi vtiq3 iniquitas.

Ad 2ᵐ arg⁹ ɔcesso'ātē neget ɔña.⁊ rō est q2 aīa dū est vnita corpi h3 vnū mo⁹ in

telligēdi quē nō h3 dū3 est sepata.q2 dū est vnita corpi intelligit ex fantasmatib⁹.dum vō sepata aliter vt innotuit.⁊ ppterea ma/iori cōcessa dr̄ q̄ aīa vt vnita corpi non im/pedit a nobilissima opatōe ei⁹ que sibi de/bet dū est vnita corpi.cōstat āt q̄ intelliger quiditatiue substātias sepatas nō debet ipsi aīe dū3 est vnita corpi.impediret eni si dū est vnita corpi hēret intelligere qditatiue in/telligētias ⁊ ipsas p tūc nō intelligeret.

Ad ɔfirmatō3 pōt dici q̄ effcūs ducit in cognitō3 cause sue.nō tñ opoʒ3 q̄ q̄tum ad qditatē sed sufficit q̄ ducat inquātu3 est cā. Vñ ⁊ phūs demōstrat deū esse primū moto rem p viā motus. Et si pp̄ter arg⁹ factū in/stet si effect⁹ ducit magis in ɔgnitō3 magis cause seq̄ret q̄ spēs lapidis magis repñta/ret deū q̄ lapidē.ɔñs falsu3.ɔña p3 de se. Respōdet q̄ argumētu3 solu3 pcedit de co/gnitōe discursiua que habet tñ p hoc q̄ ali quid est effect⁹. tūc.n.veru3 est q̄ effect⁹ ille noticia discursiua magis ducet in cognitōe3 magis cause.Si ūo sit aliq̄s effect⁹ ⁊ cū hoc principiū cognitōis intuitiue sicut est species lapidis ⁊ nō discursiue argumētū nō tener3

Ad terciū argumētum respōdet Scotus ɔcedendo maiore3 sub hoc intellcū nihil in/telligit a nobis nisi sub rōe īmālis idest con siderati nō vt in materia qd̄ tñ existit in ma teria. ⁊ sub hoc intellectu argumentu3 nihil est ad ppositu3.

Ad cōfirmatō3 respōdet Scotus q̄ quā tūcunq3 abstrahat illud qd̄ īmāle est in qui ditate ſbe ſlibil a māli.sp tñ abstractū eiuſ/dē nature cū singl'arib⁹a q̄bus abstrahitur ⁊ p ɔñs nūq̄ ɔueniret ad qditate3 ſbe īmāl sed tñ ad qditatē substātie que est in maīa non tñ ɔsiderate vt est in materia.

Ad quartū dici pōt q̄ lic3 aīa inq̄tu3 p̄s sit pfectior in toto tñ ipsa sepata est liberior ad intelligendū sine corpe q̄ eidē ɔiuncta p pter grauedinē ⁊ occupatō3 corpis.sic respō det.s.Thomas in pria parte qōe.lxxxviij.ª Aliter Scotus in quolibetis aīa sepata di/cit impfecta in essendo.q2 eo mō quo ipsa ē vnita pōt dici pfecta in essendo nō essential ter ⁊ primarie. S3 pticipatiue suo qde3 p/prio esse quod est illud quo primo formałr ipsa recedit a nō esse quod nihil aliud est ni si illud p quod ipsa est extra intellectū ⁊ po tentia3 sue cause eque pfecta est sepata sicut ɔiūcta.cuiuslib3 eni3 extra intellectū ⁊ causā est ppriū esse: sed ɔiūcta pfecte est esse toti⁹ pticipatiue l3 non primarie.⁊ q̄tum ad hoc sepata est impfecta q2 car3 esse totius quod nihil aliud est q̄ vltim⁹ actus cui nō aduēit aliq̄s alius dans esse simpl'r: ⁊ tale esse com positi est pfecti⁹esse aīe p primo q2 includēs illud. Et de tli eē dicet diffusi⁹ i q̄r⁹ h⁹.q.2ª

Ad cōfirmatō3 respondet Scotus q̄ nō demōstramus aliq̄a de substātijs sepatis ni si q2 ⁊ p effectus.⁊ in tali demonstratōe non oportet p̄cognoscere qd est saltem qd rei sed tñ in demōstratōe pp̄ter qd.

Si q̄s āt afficeceret opinioni Auerroys ad argumēta post oppositū rñdeat. Ad pri/mū respōdet Auerroys q̄ auctoritas Arist. in textu arguit difficultatē nō autē impossi/bilitatē.cuius signū est q2 ipse ex intētōe tra ctat de istis substātijs sepatis.xij⁹ metaphi̇/ce determinādo de eis aliq̄a p̄dicata eēntia lia vt pat3 ibide3 qd̄ nō faceret si reputaret nobis impossibile intelligere illas intelligen/tias.⁊ in tercio de aīa inq̄t q̄ cū intellect⁹ in tellexerit maxie intelligibilia non minus in/telliget infima.

Aliter rñdet Scotus q̄ similitudo illa in telligit de potētia recipiēdi ppriā speciē obie cti genitā ab obiecto p qua3 fit scd̄a noticia abstractiua ⁊ tūc est impossibile vtriq3. s3 in vespertilione est impossibilitas simpl'r.in no bis autē nō simpl'r. sed ſm istu3 statu3 in q⁹ tantū recipim⁹ species a sensibilibus.

Ad ɔfirmatōe3 respondet q̄ plus distat intelligibile increatū ⁊c̄.q̄tu3 ad esse nō tam̄ q̄tu3 ad cognoscibilitatem: nec q̄tum ad p portiōe3 obiecti.

Aliter pōt dici negādo maiore3 q2 intel/ligibile increatū ⁊ intellcūs human⁹ sūt aliq̄ modo in eode3 genere aut vniuoco aut ano

logo.s.substãtie. ꝛ ꝑcipue apud Auerroym vtrūq; etiā est ꝑpetuū ꝛ immãle .sepat̃ nāq; hoc ab hoc tanq̄ ꝑpetuum a corruptibili ꝛ de aia.secus autē est de sensu ꝛ de principijs abstractis causatis.q2 sensus est gñabilis ꝛ corruptibilis.nec est in gñe substãtie.ergo sē sus ꝛ principia abstracta magis distãt q̄ intellectus human⁹ ꝛ ens increatu3.

Ad scdm principale respondet̃ negando ꝯsequētiam.passio nāq; intellectus possibilis adequatur actōni intellectus agentis non q2 omne intelligibile sit abstrahibile . quia aliquid intelligitur quod nō potest intelligi per species abstracta3 sed tantū elicita3.vt patuit in tercio principali.ideo ex illo añte solu3 sequit̃ q̄ si intellect⁹ possibilis vnitus corpi aliquid intelligit oport3 q̄ ad illud cōcurrat vel ꝑcedat abstractio intellect⁹ agētis illius itelligibilis si fuerit mãle aut alteri⁹ ad qd̄ illud p se hitudinē habeat si fuerit immãlia vnde substãtie immãles nō sūt abstrahibiles q2 nō sunt potētia ymo actu intellecte . ideo actio intellectus agentis circa illas est solum q2 nō deuenim⁹ in cognitōe3 eaꝝ nisi p sensibilia ꝛ ꝑcipue p motū corpoꝝ celestiū quos agūt qui nō sūt intellecti nisi in potentia. fiūt ergo actu intellecti p intellectū agentē dircte igit̃ aut indirecte opatur circa illarum cognitione3 intellectus agens.

Nōnulli vero moderniores vt Johānes Iand. ꝛ Buridā scd̄o phicor̄. ꝛ qnto me thaphice ꝺ qōne nihil dicūt esse difficile ni si de cālitate finis ī gn̄one artificiali motū acqsiti de fine nāq3 gr̄a c⁹ q p̄existit motui. nō est dubiu3 qd̄ mouet ꝑm ꝙ ē extra aīam ꝛ ꝯūr cā extriseca. De fine. n. ꝑ motū ac qsito utputa de sanitate dubiū est vtr̄ sani tas medicina3 iducta sit cā finalis ꝑm ꝙ in ducta est in egrotāte vel potius ꝑm ꝙ habet esse in itētione medici. Iuxta illud finis est p̄mu3 in itentione vltimu3 v̄o executione. ꝺ tali enim fine opationis est. vtr̄ sit finis ꝑm esse qd̄ habet in aīa vel ꝑm esse quod habet extra animā potentia an actu. In hoc autē valde fuere discordes de cālitate finis diffe rentes. quida3 eni3 difficultatem euadētes solempni theologo Hērico de Sandauo imponētes dixere ꝙ finis suam hab3 cālita tem: nec ꝑm esse intētionale: nec ꝑm esse rea le. Sed in esse qditatiuo ꝛ reali realitate es sentie. Cause eni3 finali vt fūdat cālitatem suam accidit esse in aīa vel extra aīam: qr vt fūdat illam cālitatem abstrahit ab vtro ꝙ eē intētionali ꝛ reali. fulcitur aūt hic mo dus dicēdi: quia ꝑm illud esse finis est causa ꝑm ꝙ mouet agēs. hoc eni3 est de rōne finis Impossibile. n. est agens saltem pse absolui ab intentiōe finis. scd̄o methaphice. nullus enim conabit̄ aliqd facere ad terminu3 nō futur̄ venire. sed finis ꝑ esse quod habet in anima nō mouet. Simlr̄ nec per esse extra aīam. quia habitibus p̄ntibus in materia cessat motus p̄mo de gn̄one.

Ampli⁹ ꝓ hac opione sic argui potest: sicut cālitas abstrahit ab existētia cū aliqd p̄intelligat̄ causare uel cātiuu3 eē anteq3 ex istat ut materia p̄ma. ita videtur ꝙ respe ctus causatiuitatis consequant̄ immediate entitate3 rei ꝑm sua3 quiditatem. sicut ergo essentia materie immediate videt̄ fundare causatiuitate3 in proprio genere ita videtur ꝛ de fine: sed finis in esse quiditatiuo abstra hit ab esse in anima aut extra aīa3. ergo vt sic fundat causatiuitatē ꝓpriam finale3.

Sed hec positio coiter solet molestari. nā qditas illa sup q̄ fundat̄ cālitas finis vel est ens aut nihil. si nihil ꝑ nihilo relinq̄t̄. si v̄o sit ens vel g° est ens nō in subiecto. ꝛ hoc

dici nõ potest. nam in artifitialib⁹ formale est accidẽs vt vult Auerroys scđo de anĩa. ens autem non in subiecto est sbã. vel est ens in subiecto vel ergo in anima vel extra animam quorum vtrũq3 negat᷑ a talit᷑.opinãtib⁹.

Amplius finis vt distinguit᷑ ab aliis debet habere rõnem vltimi ⁊ optimi scđo phisicorum ⁊ qnto metaphice. qditas autem finis siue finis in esse qditatiuo non est quid optimum cum multo melior sit sanitas acquisita in corpe q̃3 quiditas ista. que vt sic nec est fundata in anima: nec in corpe: nec etiam habet rõnem vltimi: quia semp coexistit agenti vt dicunt sic opinantes.

Adhuc data hac opinione seq̃t᷑ q̧ nunq̃3 medicus frustrat᷑ a suo fine ɔñs falsum scđo phicorum. ɔña pbatur. quia siue medicus producat sanitatem extra in corpe siue non. semper attingeret finem in esse qditatiuo qđ abstrahit ab esse in aĩa ⁊ ab esse in re extra.

Amplius ɔtra istud est Auerroys. xii⁹. metaphice for^a balnei extra mouet vt finis. ꝭm ãt esse in aĩa est agens desideriũ ⁊ motũ

Quidam autem alii vt Johs Jandon⁹ ⁊ Buridan. ⁊ q̃3 plures alii sensere q̧ finis pro esse extra animam vt est adept⁹ habz causalitatem suam vt sanitas iam adepta p artem medicine in corpe in actu hz causalitatẽ finis Fulcit᷑ autẽ hec positio ex auctoritate Auerroys xii⁹. metaphice loquendo semp de esse extra animã in actu ⁊ nõ in potentia cũ esse potentiale nõ sit vltimũ optimũ. melior nãq3 ⁊ appetibilior est sanitas in corpe iam adepta ⁊ vltimior q̃3 existens in potentia cum eẽ in potentia precedat esse in actu. Tũ etiam q2 ꝭm esse extra aiam actu finis habet rõnẽ optimi respectu ordinatorum in finem. sanitas enim in corpe actu iam adepta melior est attenuatione purgatione. ⁊ sic de aliis. Tum etiam quia ex priuatione finis extra animam existentis agens dicit᷑ frustrari in sui opatione. si. n. sanitas ꝭm esse in anima desiderata ⁊ appetita essz causa final᷑ cum sp medic⁹ illam attigat ⁊ eidẽ coassistat nunq̃3 medic⁹ ageret frustra. Tũ ẽt q2 ꝭm fiẽz dĩtũ ext᷑ aĩam ẽtitas aliq̃ dr̃ hře ẽe pfectum cũ pfectũ nihil sit nisi [illegible] nẽ attingat qnto mẽ^ce. dom⁹. n. dr̃ pfcã pp ẽe suũ in mẽte artificis. tũ ẽt q2 c⁹lz effcũs real᷑ q̃libz ei⁹ cã dz esse realis cũ nullum ens reale ext᷑ dpẽdet ab aliquo esse intentionali. Tum etiam quia causalitas realis cũ sit independẽs ab intellectu est perfectior ⁊ nobiliõ causalitate intẽtionali.

Hic etiam modus determinãdi patitur instãtias ⁊ pmo q̧ finis p esse extra aĩam nõ sit cã. Tũ q2 non siml᷑ est ⁊ nõ ẽ ꝭm esse ext᷑ animã cũ hiis quorum est causa imo tũc cessãt oẽs mot⁹ p̃cedẽtes qñ iam est vt pz. Causa aũt actualis pse ⁊ ꝑpria simul est ⁊ nõ est [illegible] effectu sibi ꝑportionato scđo phicorum ⁊ qnto metaphisice. Tum etiam quia ꝭm esse extra animam non est nobilius nec simpliciter optimũ. sicut enĩ anima intellectiua est nobilior oĩ mã corpali ita forma recepta in ea videt᷑ esse p̃stantior q̃3 receptã in q̃cunq3 mã extra aĩam siue in corpe ossib⁹ lignis aut aliis. tum ẽt q2 de rõne finis est q̧ moueat efficiẽs ⁊ q̧ agens agat propter ipsum. Cõstat ãt q̧ finis ꝭm esse ext᷑ aĩam nunq̃3 mouz agens nec agẽs ãplius agit aliqd ꝑpter ipsum ymo tũc cessat ⁊ quiescit.

Amplius si finis est causa p esse actuali. vel ergo p esse p̃senti vel futuro actuali vel potentiali. ⁊ patz q̧ neutro mõ. q2 vt sic non dum est cũ illud quod futurũ est nõdum sit.

Albert⁹ ãt. v⁹. metaphice cui ɔcordat vt puto. s. Tho. in pria pte qõe. xviii^a. ⁊ in p̃^a 2^e qõe. lxxxiii^a. implicite [illegible] qcqd ipse senserit in pria 2^e qõe. xi^a. dũ ingt. finis duplicit᷑ hẽt᷑. s. pfcẽ. i. realr ⁊ impfecte. i. intẽtionalitẽ ingt. finis dupl᷑r ɔsiderat᷑ ꝭm esse videlicz ⁊ ꝭm q̧ mouet efficiẽtem ⁊ mãm ⁊ formã etiam cum ordinantur ad eam nõ est in ipsa causa ꝭm q̧ accipit᷑ in esse sed potius est finis. licz multi dicãt cõtrariũ. nõ enĩ sic est causa omniũ. sed potius vt est in intentõe sic est causa omniũ. quia sic mouet ꝑpter eam efficiens ⁊ sic appetit eam materia. ⁊ sic for^a talis aptat᷑

materie pp q̄ finis icludat̄ nō ſm eſſe. ergo eſt finis: ſed ſm q̄ eſt in itentiōe q̄re Scot⁹ q̄nto metaphīce diſtinguēs de nobilitate eē extra aiam ⁊ de nobilitate eſſe in mēte ⁊ in eſſe intētionali inq̄t q̄ cum nobilius ſimplr̄ ſit eſſe rei factibilis in mēte artificis q̄ in ſe. ſicut lapis nobilius habet eē in mēte dei ſimpliciter: ⁊ ſilr̄ archa in mēte artificis cum [illegible] le ſit eſſe in mn̄ale ⁊ in corpale q̄ eſſe rei factibilis in ppria nā ſeu in eē reali quod ſm q̄d eſt nobilius: quia meli⁹ ⁊ viuis eſſe lapidis vel arche. Cauſa finalis ſm eſſe intētionale habet rōnem cauſe cui vt ſic correſpōdet nobilius eē ſimplr̄ q̄ eidem vt in eē actuali eſt pductū ⁊ cauſatū. quod rōne fulcit̄. [illegible] illo eſſe finis eſt cauſa p quo mouet agēs: quia hoc videt̄ de rōne finis. finis aūt exiſtens i aīa p ut eſt deſideratus ⁊ appetitus mouet agēs nō aūt vt pductus in re extra. quia habitibus pn̄tib⁹ ⁊c. nec put in aīa abſolute: ſ; vt in aīa appetit⁹ ⁊ deſideratus. Quod cōfirmat Auic̄. ſexto ſue methaphīce caplo d̄ fine. cauſa finalis nō eſt cā nec inuēta extra: ſed vt inuēta in itentiōe agētis.

Hec iter̄ determīatio ābigua vr̄ tū p̄⁹ quia nō ɔſonat auctoritati Auer̄. xıȷ̄⁹. metaphīce vt ſupius adducebat̄. tū etiā quia vt ſic finis in aīa nō habet rōnem vltimi. tum etiā quia ex poſitione ſeq̄tur q̄ nullū agens fruſtraret̄ fine ſuo. ɔn̄s falſū ſcd̄o phicor̄ ɔn̄a patet quia q̄libet agēs ſaltē p cognitionem attigit finem ſuū p eē in aīa q̄re ⁊c.

Amplius oīs cauſa dū cāt realiter eſt: ſ; finis eſt cā ergo ⁊c. maior deducit̄. Tum p̄ quia cauſalitas ē relatio realis ergo req̄rit realitatem ſubiecti cui iſit. nō. n. minoris entitatis eſt fūdamētū q̄ fundatum. Tum etiā quia eſſe cauſatū arguit realiter eſſe. Sed pfectius eſt ceteris paribus eē cauſā q̄ cā tum ergo eſſe cām infert realit̄ eſſe ⁊ ɔn̄r nihil eſt actu cauſa alicu⁹ niſi dū realit̄ eſt.

Adhuc ſumat̄ aliq̄s laborās pp ſanitatē nō habitā ⁊ arguit̄ ſic. ſanitas eſt cauſa finalis huius laboris ⁊ nō ſm eſſe intentionale. ergo ſecūdum eſſe reale quod nūdum eſt mior deducit̄ multiplr̄. Tum p̄mo quia hic laborās finaliter nō laborat ppter illud quod iā habet. ſed illā ſanitatē ſm eſſe intētionale iam habet. ergo propter illā ſanitatem ſm illud eē nō laborat finaliter. Tū ēt quia illā ſanitatē deſiderat ⁊ appetit ſm eē reale ⁊ nō intētionalē ergo ⁊c. Tum etiam quia illud eē intētionale de facto nihil aliud eſt q̄ intētio p quā finis aphendit̄. vl' actus Cōſtat aūt q̄ nec itentio nec act⁹ ille mouet [illegible] modū cauſe finalis. ſ; tm̄ per modū efficiētis q̄ pbatur quia talis intētio vel actus nō habet rōnē mouētis niſi p quāto intellectus dirigit opationē impio voluntatis totum autem hoc ptinet ad cauſam efficientē Tum etiam: quia multa in aīata agūt ppt̄ finem quem tamē nō habent ſm eſſe intentionale. Tum etiam quia talis actiōis particularis eſt aliq̄s finis particularis. ſed ɔſtat q̄ ſic laborās nō pcipit aliquam ſanitatem in pticulari. ſed ſolum in cōmuni. vel ſi concipiat aliquā in particulari nō acquirit illā ſed aliā quam nō diſtincte precōcepit. Videtur ergo q̄ ſanitas ſm eſſe intētionale precipue nō habeat rationē cauſe finalis. Tum etiam vltimo quia ex illo ſeq̄tur q̄ cauſa finalis haberet debiliſſimū modū cauſandi [illegible] cut requirit etiam debiliſſimū eſſe in cāte q̄d eſt eē intētionale.

Propter tertium

quidē hui⁹. Primitus q̄buſdam premiſſis modus cāndi ipius finis inquirat̄ demum q̄ōni p̄poſite directe reſpondeatur.

Premittendū itaq; p̄mo vt pro parte duo vltimi modi ɔciliēt̄ q̄ cum cauſa finalis ⁊ efficiens ſūt īuicem cauſe 2⁰ phicor̄ ⁊ q̄nto methaphīce. ſibiq; mutuo ɔcurrant quot cauſalitates habet efficiēs tot habet ⁊ cā finalis. Efficiēti autē correſpōdet vna prima cauſalitas que imediate cadit ſup fieri rei pducēde qua cālitate effectiua rem ipā ponit in eē ſimplr̄. Altera autem cauſalitas eidē correſpōdēs que eſt ſup eē rei imediate ⁊ nō ſuper fieri per quā ɔſeruat rem in eſſe

que res primo habuit esse per pmā causali tatem quelibet autē istaꝝ causalitatum est positiua ⁊ adiuicem sūt sepabiles.aliqđ.n. agens hꝫ pmaꝫ cālitateꝫ ⁊ nō scđam nā do mificator habet pmam ⁊ nō scđam cum eo mortuo dom⁹ remaneat.Aliqđ auteꝫ agens habet scđam ⁊ nō pmaꝫ sicut sol qui in aq̄ ꝯseruat caliditatem ab igne pductam.Con simili modo fini corrñdet duplex cālitas fina lis illis duabus correspondēs.habet.n.vnā que ponit ea que sūt ad ipm in esse:⁊ ista est sup fieri rei pme correspondēs.Scđo habet cālitateꝫ imediate trāseunteꝫ sup eē rei pri⁹ posite.nō.n.res fiūt tm̄ pp̄ter fineꝫ qm̄ fiunt sed etiam propter finē ad quem sunt aliter res eēnt otiose.

Ex quo tanq̄ fūdamēto colligit̄ pmo q̄ ꝯpando finem ⁊ efficiens ad seiuiceꝫ finis [illegible] prior gnōne hijs que sūt ad finē q̄tuꝫ ad pri maꝫ eius cālitatem trāseunteꝫ imediate sup fieri ipius rei.quod.n.est causa alicui⁹ pin telligit̄ illi.quātū aūt ad ei⁹ cālitateꝫ scđaꝫ imediate cadenteꝫ sup eē rei ordine gnōnis est posterior in fiēdo.licet sit pōr in eēndo. Positis.n.hijs q̄ sunt ad finem in esse vlt⁹ seqtur ⁊ ponitur finis.ergo in fiēdo ordiata in finem pcedunt finē nō tamen in eēndo.sicut cuiuslibet totius in fiēdo ptes sunt pōres [illegible] to cū prius fiant pncipia quaꝫ pncipiata.tm̄ quia totū est illud pp qđ sūt ptes ⁊ nō econ uerso.iō in eēndo totū est pus eis.

Infert̄ scđo q̄ finis est causa eoꝝ q̄ sūt ad finem ut habet eē intētionale ⁊ hoc q̄tuꝫ ad eius causalitatē pmaꝫ quaꝫ imediate hꝫ super fieri rei quod deducit̄:quia causa vt causa semp premittit̄ suo cāto. sed finis ut est in itentione pmittit̄:qꝛ vt est extra seqtur ergo ꝛc. Infert̄ ꝯñr q̄ finis q̄tuꝫ ad se cūdaꝫ cālitatem finis nō habet rōneꝫ cause nisi fm q̄ habet eē in re extra quod pbatur sub illa rōne finis nō hꝫ rōnem cause q̄tum ad eius cālitatem sub qua ea que sūt ad ip sum in eē posita sūt ⁊ ordiata ad ipm. Con stat aūt q̄ hoc est in eē reali ergo ꝛc.Ex qui bus ꝯcludit̄ q̄ rōnes cogentes q̄ finis sit cā vt in itentione agētis pbant q̄tum ad priaꝫ causalitatē.Alie autem quo ad secundam.

Sed ꝯtra silitudieꝫ hui⁹ opionis sūptaꝫ ex duplici cālitate cause efficientis arguit̄. quia psupponit q̄ ꝯseruatio in eodē ordine psupponat pductioneꝫ:⁊ ꝯñr ad cām efficiē tem eandem que etiā pducit.sed pbat̄ hoc eē falsū.nā si ꝯseruare pse ptinet ad eandeꝫ cām efficienteꝫ ergo ꝯseruare effectū est cau sare ipm aliquo mō. Sed ꝯtra quelibꝫ cau satio termiat̄ ad aliqđ eē causatuꝫ. g° disti cta causatio in eodē gn̄e cāe termiat̄ ad di stinctū esse.patet ꝯña. quia nō videt̄ vnde capiēda foret distictio illaꝝ causationū g°. cū pductio ⁊ ꝯseruatio sint distīcte cālitates in gn̄e cause efficiētis termiabunt̄ ad disti ctam esse.Sed p pductioneꝫ ponit̄ res in to tali suo esse g° p ꝯseruatōꝫ aliqd supaddit̄. Et q̄rit̄ de illo vtꝝ sit essentiale aut accn̄tale rei:nō p° quia res nō pfecte pducit̄ nisi fm oīa sua eēntialia pducat̄. scđm etiaꝫ nō est danduꝫ:quia res nō depēdet ab accn̄talib⁹ ergo nec ad sui cōseruationem requirit̄ pro ductio accidentaliuꝫ.ꝯseruatio etiam cause accidētalis potius est a cōseruatione cause substātialis q̄ econuerso. Aliqua etiam res ꝯseruat̄ sicut anima itellectiua absq̄ pdu ctione noue rei pticularis ad suum eē:quod si dicat̄ q̄ ꝯseruare ⁊ producere fiūt respe ctu eiusdem esse sed alio ⁊ alio modo.Con tra vbi causa q̄tum est de se vniformiter se habet nō variat̄ modus cāndi nisi ex parte causati ⁊ ꝯsequēter optet q̄ fiat aliqua va riatio in causato: sed talis nō fit sine produ ctione noue rei.

Confirmat̄ aliqua pōt eē causa pducti ua rei ⁊ non cōseruatiua.sit igitur ita q̄.c. effectus habeat.a. causam productiuam ⁊ non conseruatiuam ⁊ sint ambe cum.c.simul ⁊ arguitur sic.c.iam causatur a.b.⁊ non ab a.⁊ nō nisi quia aliqd recipit ab vno quod nō ab altero.ergo nō potest esse ꝯseruatio si ne pductiōe noue rei.

Si quis autem Francisco de Marchia theologo pcipuo afficeretur cui⁹ est subtilis

illa opionuȝ ɔciliatio rñdere possȝ huic rõni ɔcedēdo q ɔseruatio ꝓpe ⁊ pncipalr ptiet ad cām efficientē licȝ ꝓbabiliter dici possit q ɔseruare ad alia caꝝ gña põt ptiere licȝ nõ sit ɔsuetū nec forte tam ꝓpriū. dicūt nā q medici ɔplexionē illā esse pfectiorez in ꝓ pria spē p q̄ forma longiori tpre nata ē cõ seruari in mā. Constat aūt q ɔplexio lȝ non sit mā se tenet tñ ex pte materie sicut ⁊ reliq̄ dispõnes mām pparantes ad talis vel talis forme receptionē. Et ɔcedit̃ ɔñr ut deducit rõ q ɔseruare effectū est aliq̄ mõ ipm cāre.

Et ad argumētuȝ in oppositū q̄libet cātio termiat̃ ad aliqđ esse ergo distīcta cātio in eodē gñe termiat̃ ad distīctuȝ eē ꝓneget ɔña nec videt̃ tenere nisi de cātionib⁹ eꝰdē rõis quaꝝ vna nõ psupponit̃ nec alteri subordinatur. in alijs aūt nõ. Contigit. n. causatiões eiusdē gñis termiari posse ad eūdez effectuȝ sic in ꝓposito: qꝛ tñ ɔseruatio cause efficiētis nãliter psupponit ꝓductionē uel aliū quēdā modū efficiēdi eiusdē cause nõ est incõueniens q determiet̃ ad eundē effectū. licet alio ⁊ alio mõ. Sciendū tñ q q̄uis ɔseruatio cause efficiētis nõ ponat q̄tuȝ est ex se nouū esse saltē in pmanētib⁹ q̄ dicūtur ꝓprie conseruari post ɔpletaȝ ipoꝝ ꝓductionez in eē aliqñ tamen ɔtingit q causa aliqua ɔseruādo suū effectuȝ sibi influit nouū eē accidētale sic sol ɔseruādo multos istoꝝ effectuū eis īfluit lumē calorē ⁊ huiusmõi f[illegible] q ɔseruatuȝ talib⁹ indiget ad sui substētationez sicut vegetabilia idigentia nutrimēto ⁊ q̄litatib⁹ digõnez pmouētib⁹. Et admissa illa solõe.

Ad pmaȝ obiectionē in oppoᵒ rñdet̃ q modus ille cāndi scȝ ɔseruando effectuȝ vlt̃ ꝓductionē puenit pncipaliter ex pte causati aliqđ. n. cātuȝ hȝ tantaȝ dependētiaȝ vt ad datā causaȝ q sicut pexigit ipm ad suā primaȝ existentiaȝ ita pexigit ipm ad sui pmanētiam. nõ tamen pp nouū esse sbale uel accidentale. sed pp idē esse ɔtinuandū iõ nõ oȝ q fiat ɔtinua variatio in cāto quo ad nouū eē sibi in fluxuȝ sicut qdam ymagiant̃. variatio tñ est in causato ex hoc q aliqđ cātum talit̃ pexigit datā cām ⁊ aliquod nõ. pmaȝ tñ cām oē cātuȝ pexigit sine qua nccio ⁊ nãliter nullus effectꝰ est ɔseruabilis.

Ad aliā ɔfirmatiõȝ casu admisso negeť minor. s. q. c. nõ ɔseruat̃ a. b. nisi qꝛ effcūs recipit ſ qꝛ nãlr pexigit. b. ⁊ reqrit ad ɔtinuationem sue cause. ⁊ sic nõ pexigit nec requirit. a. Unde pro ampliori doctrina aduerte q qdam est effectus ꝓducibilis ⁊ nõ conseruabilis ꝓprie sicut effectꝰ subitꝰ cuius nature repugnat tēporaliter durare. Alius est effectꝰ simul ꝓducibilis ⁊ ɔseruabilis vt effectus successiuꝰ in quo eadem videt̃ ꝓductio ⁊ ɔseruatio. Alius aūt est effectꝰ q post ɔpletaȝ sui ꝓductionem põt ɔseruari ⁊ est i multiplici dñtia. quidaȝ. n. est subito ꝓducibilis ⁊ quātum est de se raptim transiens nisi ɔseruet̃ a causa scđa proxia sicut lumē vel forte actus anime. Alius autem est subito ꝓducibilis ⁊ quantum est ex se perpetuo manēs dum tamen causet̃ a causa proxima sicut est aia itellectiua. Alius vero est effectus ꝓducibilis successiue vel subito sufficiens q̄tuȝ est ex se p tempus manere p cõseruationem tñ. ⁊ hoc vel caꝝ remotaꝝ tantū uel etiā proxiaꝝ in quib⁹ est notabilis diuersitas in quibus oibus recte loquēdo cõseruatio videt̃ distincta a ꝓductione ita q nãliter ɔseruatio psupponit ꝓductionem vl aliam causationē respectu eiusdē: sed de hijs satis.

Alr iteꝝ cõsueuit cõciliari modus determinādi cãlitatis finis. Dicēdo in pmis q finis habet rõnem cause in esse intētionali loquendo de fine in gñatione artificiali. ⁊ hoc voluit Johs Sco. cum. s. Thõs nõ tamen absolute sed [illegible] respectuȝ quē habet in executione. Et licet ens rõnis quod est fabricatū simplr ab itellectu nõ possit esse causa realis alicuius effectus. tamen ens rationis consideratū p respectuȝ ad esse materiale potest esse causa realis sicut species coloris que intētionaliter recipitur in oculo vidente realiter imutat visum ⁊ aliquando corrūpit vt in libello de sensu ⁊ sensato.

Sed vtrū talis respect⁹ quē habet finis in intentione ad exequtionē addat aliqd supra finē. Et vtrū sit realis aut rōnis dubium est singulare in quo puto ꝓbabilit̄ dōm quod ē relatio realis sicut etiā relatio scie ad scibile est realis licet nō ecōuerso. vt videbitur inferius ⁊ nccio ɔcomitās sanitatē ꝓconceptā ut ad ipam ordinātur ea que sūt ad finē: ⁊ vt sic inseparabilis est ab ea de quo nō plus ad p̄sens.

Dōm scdo ꝙ licet finis in eē intētionali sit causa non tamen pro esse intetionali sed ꝓ esse reali. Et istud in vitate est declaratio p̄cedentis dicti. Pro illo.n.eē finis est cā ꝓ quo agens agit. ſ agēs nō agit ꝓ esse itentionali vt deductū fuit supra. tum qꝛ illud ▮ eē intētiōali iā hēt: ⁊ p illud nō pficit gᵒ ꝛc.

Ad rōnes itaqꝫ Johis Jan. ꝓ eius positione. Rñdet̄ ex doctria Alberti ꝙ finis duplicit̄ sumit̄. Uno mō vt finis ⁊ ut termius ⁊ sic hꝫ rōem vltimi ⁊ optimi respectu ordinatoꝝ in ipm ⁊ hoc fm eē extra aiā in quo eē nō habet rōem cause imo rōem effect⁹: qꝛ vt sic est effect⁹ agētis ⁊ hoc ꝓbāt tres rōnes Johis. vꝫ ꝙ finis fm esse ꝙ hꝫ in re hꝫ rōnē finis. Alio mō sumit̄ finis ut hꝫ rōem cause ⁊ nō effectus. ⁊ fm hoc habet modū cause efficiētis qḋ sibi nō ɔpetit fm eē quod hꝫ extra aiam. ſ fm esse qḋ habet in itentione agētis nō absolute ſ ▮ respectū ad eē reale qḋ hꝫ extra aiam ⁊ in exequtiōe opis. Et hec procldubio fuit itentio Auer. xijᵒ. metaphice. qḋ aūt ut in mēte moueat ꝓbatur ois.n.cā est pricī⁹. sed finis vt finis habens rōnem vltimi nō est p̄ncipiū ergo ꝛc.

Amplius cātum ab alio nō est causa vt sic sed finis vt termius est huiusmōi ergo ꝛc. Nō tamen ꝙ mouere attributū ipi cause finali vt est in itentione amat⁹ ⁊ desideratus nō est act⁹ efficiētis se hñs ▮ modū trāseuntis in alterū. Sed est motio metphorica obiectiua ⁊ itentionalis. Ad aliā vō rōnē cū dicit̄ cuiuslibet effect⁹ realis ꝛc. pōt rñderi ꝙ nō reqrit̄ ꝙ q̄libet cā cum habeat effectū realem in illo esse in quo est cā sit realis. Sed sufficit ꝙ sit realis ꝓ illo esse pro cui⁹ causa est nō ergo illa maior assumpta est vera simpliciter. Certū enī est ꝙ domus extra ꝓducta dependet a domo pri⁹ ɔcepta cum omne agēs p cognitiōem p̄us ɔcipiat effectū añꝙ in esse ꝓducat.

Ad ɔfirmationē cū d̄r cālitas realis est nobilior ꝛc. Rñt̄ ꝙ illa ꝓpō hꝫ vitatē i eodem gñe cause nō tñ in diūsis. Causa etiā fi nalis hꝫ rōem pp qd ſ nō ꝓ illo eē.

Et si arguat̄ d̄r huc mo⁹ determinādi efficiēs ⁊ effect⁹ eētialit̄ depēdēt a cā finali vt Sco. in tractatu de p̄ p̄nci⁹ caplo p̄. eētial̄ aūt dependētia arguit realem dependentiā. Realis aūt dependentia nō est nisi inter extrema realia cum sit relatio realis ergo efficiens ⁊ effect⁹ dependēt realit̄ a causa finali. Rñdet̄ negādo ɔñam depēdet eētialit̄ ergo realiter. Jllud.n.dicit̄ ab alio dependē quod nccio ipō indiget ad eēndū. nō tamē realiter cū non habeat esse reale saltē q̄tum ad cālitatem ꝓpriam ⁊ p̄mā imediate cadentē sup fieri ipius rei vt dēm est.

Et p idē pꝫ solu⁹ad p̄⁹ ⁊ scōm ɔtra hāc opiōē ⁊ piter ad 3⁹. aliqḋ.n. agēs frustrat̄ suo fine. lꝫ ipm attigat fm eē itentionale nō tñ sp illū attigit ꝓ esse reali.

Ad q̄rtū ois cā dū cāt realit̄ est. rñdet̄ distiguēdo hāc ꝓpōem vel intelligit̄ ꝙ ois cā in illo ⁊ ꝓ illo eē ꝓ quo ⁊ in quo cāt dū cāt realit̄ est ⁊ pꝫ ꝙ ꝓpō est falsa: nec rōnes ibi adducte hoc ꝓbāt. vel itelligit̄ ꝙ ois causa licet nō in illo eē in quo cāt dū causat realit̄ sit ꝓ illo tñ eē ꝓ quo cāt dū cāt realiter est. Et talr̄ intellcā ꝓpō est vera ⁊ ɔñs ibidē illatū ēt ɔcedit̄ ꝙ finis ꝓ esse reali realiter est Et p idē ad qntū sextū ⁊ septimū.

Ad octauū cū d̄r illḋ esse intētionale ḋ ▮ cto ꝛc. Rñr ꝙ illa motio ē obiectia ⁊ intētional̄ qḋ est efficere metaphoricū nō tñ est efficere ꝓprie sed p̄supponit̄ sibi. Et lꝫ aliqñ potētia vtat̄ illa intētione in directiōe alterius nō tñ p modū efficiētis sed cause finalis. naꝫ finis hꝫ p̄cipuā rōꝫ dirigēdi respectu eorum que necessaria sunt ad finem.

Ad nonū rūdetur q̄ licet illa inaīata ap petant finē quē nō habent initentione est tñ i intētione dirigentis. opus.n.nature est op⁹ itelligentie Auer.xij.methaphice.

Ad decimū rūdet̄ q̄ illud agēs pticulare ad min⁹ in ɔfuso appetit finē ſm quem habebit ſcȝ ſanitatem ⁊ ſic in cōfuſo pconcipit eā ⁊ hoc ſufficit ad rōneȝ cauſe finalis ⁊ forte q̄ ſpecie m ſanitatis principalius appetit tanq̄ habendam in aliquo eius ſingulari.

Ad vltimū pbabiliter dici pōt q̄ ex pfectione ⁊ efficatia cauſe finalis puenit q̄ pōt cauſare tā ſm eſſe reale q̄ intētionale quod alijs cauſis nō ɔpetit.licet aliter ſolui poſſit ratio ex fūdamēto habito ⁊c.

Si quis auteȝ Johi Jando.⁊ talit̄ opinantibus faueret q̄ finis habet rōnem cauſe ſm eē reale extra aīam facilis eēt ſolutio argumētoꝝ ɔtra ipm.

Ad pmaȝ rationē in opione Scoti ⁊.s. Tho. Rūdetur q̄ finis p eſſe extra aīaȝ fūdat cāūtatem finis:⁊ p illo eē mouet agēs. Et cum dicit̄ tūc ceſſat motus ⁊c. Rūdetur q̄ quādo finis actu eſt ceſſat motus quo ad eſſe pſens nō tñ quo ad eſſe pteritū ⁊ licet tūc nō moueat quo ad eē actuale ex hoc nō tollitur quin finis ſit cauſa. ⁊ ſi arguit̄ ɔtra cauſa eſt ad cuius eſſe ſeqtur aliud ut ſāct⁹ Tho.qnto metaphice. ſed finē ſm eſſe actu nihil ɔſequit̄ ergo ⁊c. Reſpondet̄ q̄ maior vera eſt vel conſecutiue via perfectionis uel conſecutiue via generationis. ⁊ licet finem non conſequatur aliquid via gñationis bene tamen ɔſequit̄ aliqd via pfectionis.Et ſi queraē qd ɔſequit̄ finem via pfectionis ut gr̄a exempli ad ſanitatem. Rūdetur q̄ trāſmutatiōes in mā aut corpe preterite q̄ ſunt minoris pfectionis q̄ finis. Auctoritas auteȝ Auicēne ñ admittit̄.cū Auer.imittemur in hac pte cui ɔtradixit Auic.in.xij. eniȝ methaphice ſenſit Auer.oppo^m ɔmēto xx°.

Ad aliā rōneȝ ɔtra opionem Johānis cauſa ⁊ cauſatuȝ ⁊c. Rūdetur q̄ in pmanentibus cauſa ⁊ cātuȝ ſil ſūt ⁊ nō ſūt que nata ſūt eſſe ſiml. Jn ſucceſſiuis autē nō optet q̄ cauſa ⁊ cātum ſiml ſint poſitiue. ſ ſufficit q̄ ſint ſimul p negationē medij ⁊ hoc ſuffic̄ ad cauſalitatē finaleȝ.

Ad ſcōm rūdet̄ q̄ licet eſſe rei in aīa ⁊ ɔſir ipius finis ſit meli⁹ bonitate honeſta cū honeſti⁹ ſit hr̄e aliquod bonū in aīa q̄ hr̄e i re extra. Unde medicus magis eſt honorādus pp ſpēm ſanitatis q̄ hȝ in aīa q̄ ruſtic⁹ pter ſanitatem q̄ realiter habet in corpe. tamen finis in eē reali extra aīam eſt nobilior ⁊ delectabilior quaȝ in anima ut ſanitas actu acquiſita in corpore realit̄ eſt vtilior ⁊ delectabilior q̄ exiſtēs in mēte medici. Ariſtoteles aūt cum dicit q̄ finis eſt optimū loquit̄ de bono vtili ⁊ delectabili.

Ad aliud de rōne finis eſt q̄ agens agat pter ipm. Rūdet̄ q̄ taliter eſt interpretanda auctoritas. Agēs agit pp finē.i.finis ɔſeqtur actionē agētis qd ɔcedit̄.

Ad vltimū pȝ q̄ finis eſt cā ſm eſſe actuale pſens extra aīam tñ ante opationē eſt finis p eſſe actuali futuro put tñ eſt preſens itentioni agentis. Et licet idem ſit in re eſſe actuale futuruȝ ⁊ eſſe potētiale pñs differūt tamen rōne:quia in itellectu eſt ſpecies ⁊ ſimilitudo alicu⁹ rōne cu⁹ pōt haberi noti^a actualis alicu⁹ vbi tamen nihil correſpondet actu i re extra: ⁊ rōne illius noticie tale obiectum poteſt copulari ad temp⁹ futuruȝ ⁊ remoueri a tēpore pſenti: ⁊ tūc concipe illud ſub rōne boni pter quod ɔrit̄ deſiderium vt illud eſſe actuale futuꝝ poſtea in preſenti acqrat̄ ⁊ pducatur in eſſe. Ex quib⁹ pȝ q̄ apud itellectū differūt potētiale pñs ⁊ ⁊ actuale futuruȝ. quia illud actuale futuꝝ facit deſiderium vt acquirat̄ in eſſe preſenti actuali poſtea. Sed ſic nō eſt de eſſe potentiali ⁊c.

Henricus aūt defendat̄ q̄ qditas finis vt ſic abſtrahit ab eē in ſubiecto ⁊ nō in ſubiecto:nec illa diuiſio eſt per imediata:ut aliꝗ dicet̄. Finē aūt hr̄e rationē optimi ⁊ vltimi in aīa aut extra ſūt ɔditiones aduenientes fini qditatiue ɔſiderati a poſteriori a qbus poteſt formalr̄ pſcindi ⁊c.

De scdo pncipali pmittendu prio q diuisio cause in qtuor genera cau coir posita ul e vocis in significata cui sntie videt anuere Sco. in theorematib dum inqt ca est [illegible] q aliud ut causatu est nec ista est diffinitio. qz equiuocuz est causa. s notificatio ut in scdo hui qoe qrta determiatu e t tali mo nome cause erit qd respectiuu t no absolutu iuxta que modu pla ibide dicta moderada sut: ul est diuisio cause in qtuor cas quasi gnis in quasi spes: t tuc causa erit qd absolutu sic t sue quasi spes. s. ma forma zc. ut psuadet in. x. h qoe. v t sequedo huc vltimu modu.

Premittenduz secundo q causa in quatuor genera distincta vniuoce uel analogice dr de eis de qua aut p pus dicat est diuersitas apud auctores. vn. s. Thos 2 phicoz sufficientia qtuor cau enumeras oes causas reducit ad finale sicut ad pmaz dices ca est ad qua seqt esse alteri. ee aut eius quod hz cam osiderari pot dupli vno mo absolute: t sic ca essendi e forma p qua aliqd e actu. Alio fm q de potetia ente actu fit ens t qz oe quod est in po reducit ad actu p id quod actu est ens. ex hoc necesse est ee duas alias cas. s. mam t agente q reducit mam a pot ad actu. actio aut agetis ad aliqd determiatuz tedit. Illud aut ad qd tedit ratio ageti. dr ca finalis. Veri tn t distictius ordiem cau in poritate t posterioritate statuetes dicamus cu Alberto 2 phicoz q qdruplex ordo iueniri pot iter causas. Prio mo ordiari possut fm ppiqtatez ad effectu suu t hoc modo ma est pma ca: qz in nalibus res causant p motu cui ma. quia oplet t efficit ipsuz opositu p formaz. io forma est scda. Et qz effcies est illud quod ducit mam ad forma pp fine ideo efficies tertia t finis vltia. Possut scdo mo ordiari qtuz ad rationem principij mouedi: qz oe moues mouet p forma q est sibi pncipiu t ro mouedi ideo fm huc ordiez forma est pma efficies scda finis tertia t quarta est materia. Tertio modo ordinari possut ce qtuz ad intetionez t actum cadi: t sic illa dr por cui pmo opetit carez:

t qz ma seipam non ducit ad forma. s ducitur ab efficiete. efficies aut [illegible] mouet nisi motu a fine. ideo tale habet ordiem q finis est pma. efficies scda. forma tertia. qrta e ma. Vltio ordinant cause qtuz ad ee sic q illa dicit por cui pus opetit hre esse ext aiam t fm hoc pma ca est efficies. scda est ma 3 est forma quarta e finis. Quare ide Albertus qnto metaphice vniuscuiusq cae intentione declaras inqt. sic ergo itentio ce: t ra est ad cui esse seqt aliud ad hoc ut fiat aliud. t itentio forme est dare ee: t itentio materie est facere hoc q est ee hoc: t itentio efficientis est iducere ee t dare ipm post non esse: t itentio finis est oia ee pp ipm t sic [illegible] opositi pedere ex ipo. Et io optet q finis sit por in itentioe agetis. vltim aut fm ee rei. Subtili aut huc ordiem osideras Sco. v. metaphice inqt. si loqmur de poritate i causando. dico q cause extrisece pus causant: quia enim ille extrnsece cant ideo t itrinsece cant: t non econuso. Extrnsecoz aut pus cat finis. quia eniz iste mouet efficiente in ratione amati. ideo agens agit t non econuerso. Sed si querat que causalitas est por materie uel forme. videt q forme quia ppiquior est efficienti t fini. materia eni materiat hoc suppositu qz est sub hac forma. no at hec forma ostituit hoc opositu qz est in hac maria. Quatuz at ad esse efficies est primu. qnque tu materia ab illo non dependz fm esse sicut in nalibus. semp tn depedet inqtuz ma hui opositi. hoc. n. est inqtuz fit sub hac forma. Sed in pdcedo totu opositu dependet t p ons de roe efficietis no est trasmutare mam. qz ma tuc qtuz ad esse essz coeuu principiu efficieti. Semp tn ma dependz ab efficiente inqtuz ma hui opositi hoc est inquatuz fit sub hac forma. Forma et qtuz ad esse e ab efficiete forma t aliquo mo dependet a ma. Sed dubiu est vtru forma magis opedeat a materia q econuerso videt q materia a forma magis q econuso. naz ma materiat hoc opositu qz est sub hac forma no aute forma costituit hoc opositu. quia e in hac materia.

finis autẽ non simplr quī.s.attingit p opa/tõez.sed finis qui est opatio dependet ẜm ẽe ab omnibus alijs causis.

Premittẽdu3 secũdo ex Auic.vi°.meta/phisice caplõ qnto ꝙ res aliqñ dicit causa ta sua causalitate.aliquãdo autem in suo esse.Primo mõ causa finalis in sua cãlitate ꝑcedit causas agẽtes ⁊ recipiẽtes ⁊ hoc ẜm suũ esse in aĩa.qꝛ aĩa adinuẽit ea3 priꝰ ⁊ po stea ymaginat apud se actionẽ ⁊ inquisitiõ3 recipiẽtis ⁊ qualitatẽ forme respectu gº cau salitatis ⁊ respectu essendi in aĩa nõ est cau/sa aliqua prior causa finali.ymo ipsa ẽ cau sa essendi alias causas. Esse ṽo aliaꝝ cau/saꝝ in effectu est causa essendi istã in effcũ.

Dicendu3 itaqꝫ primoꝙ finis primarius seu principalis vt principalis est est princi/piu3 ⁊ maxima causa.quod fulcit rõnibus Primo.finis est primũ in ordine aliaꝝ cau sarũ cui prĩo cõpetit causare ⁊ causa a qua dependet causalitas omniũ aliaꝝ causarum ante qđ nihil est ⁊ post qđ sunt ea que sunt ex ipso principiata.ergo finis est principiu3 ⁊ maxima causa.patet ꝯña ex rõne formali principij.añs autẽ ꝓbatur.omne se agens agit ꝑpter finẽ ergo finis est principiũ moti uũ agentis quod motũ a fine ꝓducit formã materia ⁊ hec est causalitas forme infor/mare.Causalitas vero materie informari a forma.⁊ ꝯñr causalitas omniũ est a fine.igi tur est causa causaꝝ principiũ ⁊ maxĩa cau sa.Sed ꝙ omne agens p se agat ꝑpter finẽ ꝓbatur.omne agẽs in cuiꝰ actõe põt ꝯtinge re error agit ꝑpter finẽ.sed omne agens pse est huiusmodi ergo õe agens pse agit ꝑpter finẽ.hic autem fit sermo de agente pse vt ex cludant casus ⁊ fortuna.maior ꝓbatur illa actio est frustra que nõ ꝯsequit finẽ intẽtu3 2° phicoꝝ.Si ergo nullus finis sit intentus nullu3 agens ageret frustra nec erraret.ergo õe agens quod põt errare agit ꝑpter finem. tale autẽ est agẽs nãle ⁊ ẽt p intellectũ.quod sentiẽs Auicẽna.vi° metaphice allegato caº inqt.si de vnaquaqꝫ causaꝝ essꝫ sciẽtia inter eas nobilior esset scia de causa finali ⁊ illa es set sapiẽtia.⁊ hec ẽt est nobilior reliqs ptibꝰ huiꝰ scie.qꝛ est scia cõsiderãs finales causas reꝝ.Et Auerroys qnto metaphice cõmento primo in fine.illud principiũ.s.finale inten/ditur ad sciendũ in hac sciẽtia.⁊ illud est finalis.oẽs autẽ cause nõ sunt principia nisi ꝑpter illud.Amplius sic pricipiũ in specula bilibꝰ ita finis in agibilibus 2° phisicoꝝ.

Dicendũ 2° ꝙ causalitas cause finalis est causa causalitatis cause efficiẽtis.qđ ꝓbat illud enim propter quod agens agit est cau sa causalitatis eius.sed ꝑpter finem agens agit vt innotuit.ergo ꝛc. Adhuc illud qđ est mouẽs agens ad agendũ est causa actõis eius.finis autẽ est huiusmodi ergo ꝛc.

Dicẽdu3 tercio ꝙ finis nõ est causa cause efficiẽtis ꝙ̃tu3 ad esse.tum prĩo qꝛ aliqs tal finis est accidẽs vt pat3 de sanitate. tu3 etiã qꝛ alicui agenti repugnat esse causatũ vt pri mo efficiẽti.Cum eñ duo sint de rõe forma/li finis.vnu3 quod est quasi mãle qđ est hẽre rõe3 termini.⁊ hoc ꝙ̃tu3 ad eiꝰ entitatẽ licet quo ad eius causalitate3 hẽat rõe3 principij Aliud quod est formale ipsius finis ⁊ est ꝑpter quod ipsu3 agens agit.finis est causa causalitatis cause efficiẽtis ⁊ nõ entitatis eꝰ Ex quibꝰ patet ꝙ finis secũdarius nõ neces sario est principiũ ⁊ maxima causa nec effi/cientis causa.

S3 circa dicta sunt difficultates nõ par ue.Prima vtrũ esse rei in aĩa sit nobilius ⁊ ꝑstantius esse eiusdẽ rei extra aĩa3.Cui coir rñr qcquid dixerint aliq cõcedentes ꝙ licet esse immãle creaturaꝝ in mẽte diuia sit sim plr nobilius cũ sit ide3 cum essentia diuina ꝙ̃ esse eaꝝ in ꝑpria exñtia.tñ esse eaꝝ in in tellectu creato lic3 ẜm qđ sit nobilius esse re ali earunde3 nõ tamẽ simplr. tum qꝛ tale intellectu est esse repñtatiuu3 nõ differẽs a forma repñtante que est accidens.esse aũt extra aĩa3 alicuiꝰ creature est vere substanᵃ Tũ etiã qꝛ esse in aĩa ẽ dependẽs ab intelle/ctu nõ autẽ esse extra aĩa3. tu3 etiã quia pfe ctiori modo vnũquodqꝫ est in se quã in alio salte3 creato.

Dicendū tamē puto cū Scoto q̄nto metaphīce cui cōsentit. s. Thomas in prīa pte q̄ōe. xviijª. ꝛ in prima 2ᵉ. q. lxxxiijª. ꝙ effcūs in causa hꝫ veriꝰ esse q̄ȝ in se. qꝛ diuinū esse habet in causa sua quod diuinū esse est eam esse extra. hec enīȝ sanitas intenta a medico verius esse habet in mente medici q̄ȝ saītas in materia. qꝛ habȝ esse aliquod simplr. s. vt sit causa ꝛ forma agentis vt agat. Persuaderi autē potest hic modus dicēdi. nam cuȝ optimū in aliquo genere est meliꝰ optimo in alio gñe totū illud genꝰ cuiꝰ optimū est melius pfectionalr excedit aliud genꝰ. 3ᵒ. topicoꝝ. ſ optimū in gñe reꝝ immālīuȝ vt deus est pfectius optimo rerū mālīuȝ ergo ꝛc. quicquid dixerint glosantes regulā topicā in speciebus spēalissimis ꝛ nō in analogis coibus supioribus ꝛ inferiorībꝰ nō tenere.

Secūda difficultas vtrū causa finalʼ sit nobilior causa efficiēte: potest dici ꝙ cū causalitas finis nō hēat modū causalitatis realeȝ ymo intētionaleȝ. ideo finis nō hꝫ maioreȝ cālitateȝ q̄ȝ efficiēs ꝙ habet moduȝ causandi realeȝ. Cum toto tamen isto cōceditur causalitateȝ finis esse nobilioreȝ. qꝛ hꝫ modum causandi altioreȝ q̄ȝ cālitas efficientis. Satis nāq̄ cōstat de causis intrinsecis que cū dicāt impfectōeȝ ꝛ potētialitateȝ modum cāndi hñt ignobiliorē q̄ȝ finis. Sed de causalitate finis ꝙ sit nobilior ꝛ altior cālitate efficiētis pbatur. tuȝ qꝛ finis est causa mouēs nō mota. efficiēs autē est causa executiua ꝛ mota. tum etiā qꝛ est cā virtualr cōtinēs oēs alias causas. ergo est nobilior. ignobile enīȝ v̄tualiter nō cōtinet nobilius se. Causalitas āt omniuȝ aliaꝝ causaꝝ originalr descendit a causalitate finis vt pȝ. Tū vltimo qꝛ finis est causa ꝑpter quā oēs alie cause agūt ꝛ a qua originātur oēs alie cause. quare Cōmētator q̄nto metaphīce cōmēto 3ᵒ. Cōplemētū ꝛ largitas ꝛ bonū nō inuenit̄ in rebꝰ nisi ꝑpter causaȝ finalē. ꝛ ideo ꝙ caret causa finali caret omni bono ꝛc.

Tercia difficultas est de mō cāndi ipsius finis q p̄existit motui postq̄ȝ de fine q [illegible] motū acqrit̄ dictū fuit: hec difficultas ambigua ē naȝ cū finis sit eiusdē spēi cū efficiēte [illegible] ideȝ numero cū forma 2ᵒ phicoꝝ nō est ordo eētialis eius ad alias causas. q̄re nō videt̄ cōueniēter posse saluari eius causalitas.

Ampliꝰ finis nihil videt̄ dare agēti. naȝ si agēs hr̄et eandē vim actiuā ꝛ nihil intenderet eodē mō videt̄ ꝙ pduceret effectum.

Confirmat̄ quid est in intentōne ignis qñ gñat ignē ꝛ quis est iste modus essendi in.

Adhuc deus sub rōe finis vltimi ponitur obiectū actus beatifici. hoc autē nō est inq̄ȝtuȝ mouet ad agendū vt desiderabile.

Amplius finis est causa opposita principio motus. gᵒ de rōe eiꝰ nō est nisi terminare q̄re ergo ponit̄ prio causare. Rñr vno mō ꝙ vnūquodq̄ essenʳ ordinat̄ ad aliqd nobilius se tāq̄ȝ ad finē nō motū nec opatōȝ ſȝ q̄si terminū opatōis nō quidē pducibilē p ipm nec p obiectū eiꝰ. sed cui istud assimilat̄ per opatōeȝ sic deus pōt poni finis imediatꝰ cuiuslibet. ipse. n. q̄ȝtuȝ in se est est finis ꝛ amat̄ respcū cuiꝰ est liberalitas de q̄ loquit̄ Auic. sexto metaphīce caᵒ q̄nto tribuēs aliis nō ꝑpter suā retributōȝ ꝛc. quō supiora sūt vtiliora inferiorībꝰ. vt Auic. p̄ metaphīce caᵒ 2ᵒ. Et ꝑpter ordinē ad hūc finē simpliciter vt ē in se opatur [illegible] pducit. ita ꝙ ista opatio ꝛ pductio non sunt ei finis simplr loquendo.

Sed cōtra hoc iterū instat̄ qꝛ ordinatio cuiuslibet in finē videt̄ esse p aliquē appetituȝ naturalē. sed talis appetitꝰ si est pure naturalʼ nō est nisi ad mouēduȝ ꝛ inclināduȝ ꝛ ita vltimꝰ eiꝰ terminꝰ erit aliqd̄ obiectuȝ ſb rōe desiderati ꝛ appetiti seu amati. non ergo deus q̄ȝtuȝ in se est pōt poni imediatus finis alicꝰ. nec q̄ȝtuȝ in se est dr̄ finis nec amat̄. ſȝ dicit̄ finis ꝛ amatꝰ vt desideratꝰ ꝛ appetitꝰ

Ampliꝰ talis finis q̄ȝtuȝ in se est nō ē illd̄ ꝑpter qd̄ agēs agit. nā si illud p impossibile destrueret̄ ꝛ maneret in intentōe agētis non minꝰ agēs ageret. Adhuc hic modꝰ dicēdi saluari nō pōt de volūtate inordinata q̄ p̄figit sibi finē quē vult q̄re ꝛc. Aliter itaq̄ rñr vel ꝙ finis cāt inquātū ēmiat. ꝛ sic nō [illegible]

ei dare aliud esse nisi qd̄ intēdat ab agente sed sic nō est finis s3 inq̄tu3 termiat ⁊ finit. De quo tñ est dubiū q2 finis inq̄tu3 t̄minat nō vī plus cāre q̄3 instās tēpus vel mutatio motū causat q est t̄min⁹ magis intrīsecus q̄3 finis. Vel dici potest q̄ si termo sit de fine per motu3 acquisito finis est causa vt est in intētione agētis. Nota tñ q̄ ibi est q̄si ēe obiectiuū qd̄ est esse reale. q2 illud qd̄ obicitur intellectui est res obiectiue. ibi ēt est esse for⸗le ⁊ est illud quo nūc illud intētum est in hoc est esse in intētōe. illud.n.esse formale in intellectu est spēs rose grā exēpli esse āt reale obiectiuū est rosa exñs ⁊c. Est itaq̄ finis causa in esse forli ⁊ in intētōe sed nō p esse formali ymo p esse reali obiectiuo. Aliter tñ solui pōt difficltas ex doctria Scoti in.xij°.b⁹ qōe.vij^a.ad quā recurras. Attentōe tam̄ dignū vt Scot⁹ in plogo p̄mi sniaꝝ in qōe de subiecto theologie q̄ ⁊ si p aliq̄ a ꝓxima rōe3 bonitas sit fundamētu3 finis. tñ veitas est radicalr̄ primū fundamētu3 ipsi⁹.bñ aūt sequit̄ si nō est finis vltim⁹ ergo nō est bonū aliqd̄. nullū ergo ē bonū pfectū qd̄ ordinat̄ ad aliud.q2 qd̄ est tale h3 bonitatē diminutā.nō o3 āt bonitatē esse ꝓpria3 rōe3 ipsius finis. sed essen^a magis erit ꝓpria ⁊ fundam̄ talis.⁊ p hoc p3 ad rōe3 Auic̄.vi°.metaphisice que nō debet intelligi de fine sed de rōne fūdamētali respectu finis. hec ille.

Propter quartu3 quide3 hui⁹ ad primū rñr q̄ finis est principiū ſm q̄ h3 esse in mēte agētis. est āt vlti° ſm q̄ est in re extra vt satis innotuit.

Ad 1^m pricipale rñr q̄ finis est causa ſm q̄ p̄sentatū in mēte vel intētiōe agentis. sic ei mouet agēs vt desiderabile. Scot⁹ q̄nto metaphice. ad auctoritatē āt p̄mi d̄ gñatōe hūi bus pūtib⁹ ⁊c. rñdetur q̄ p̄hus loquit̄ d̄ termino mot⁹ qñ realr̄ est p̄sens ⁊ pductus ia3 per motū. tūc enim cessat motus nō tñ vt est p̄ns intētioni agētis. cōstat autem q̄ finis vt causa hab3 esse in mēte ⁊ nō in re extra.

Ad terciū rñr q̄ cause intrinsece non sunt magis cause ymo illa que est omniu3 prima causalitas est verior. talis āt est cālitas finis a quo causalitates oim aliaꝝ dependent vt inotuit. lic3 ergo effect⁹ imediati⁹ ⁊ ꝓpinq⁹ sit a causis intrinsecis nō tñ magis simplr̄.

Ad aliud in eodē cōcedit̄ q̄ nobilissima causata hñt cām finale3. auctoritas āt tercij metaphice nō cogit. q2 vel ibi loquit̄ de imobilib⁹ que nec mouēt nec mouētur vt sūt mathematica vl̄ auctoritas illa nō accipiat̄ In pte eni inq̄sitiua auctoritas p̄hi nō multu3 cogit qualr̄ facit ibide3. Et supposito q̄ intellexerit de imobilib⁹ q̄les sūt intelligētie dici pōt q̄ lic3 ab eis neget̄ ratio finis q attingit̄ actōe trāseunte que ꝓprie h3 rōe3 motus sicut loquit̄ p̄hus nō tamē in eis negat̄ finis qui attingit̄ actōe imanēte qui p̄existit motui. vt. xij° huius qōe sexta dicetur. dicet̄. Ad aliud in eodē innotuit supius.

Ad ꝯfirmatōe3 neget̄ maior. maxia enī causalitas nō consistit in eo quod est nō esse causatu3 sed in eo q̄ est esse omniū primam cālitate3 ⁊ veriore3 a qua dependēt oēs alie vt patuit.

Ad q̄rtu3 principale rñr q̄ finis est causa causalitatis efficiētis ⁊ nō est causa eius q̄tu3 ad esse vt patuit. Ad ꝯfirmatō3 respōdet̄ negādo ꝯñā3. vnde quatuor genera causaꝝ sunt eque prime in gñe suo sic̄ omia gñalissima sunt pria gña simplr̄. tamē vnu3 p̄dicamētu3 est prius alio. ⁊ q2 equoca ē prioritas causaꝝ sicut equoca est causalitas. iō in diuersis generib⁹ causaꝝ illa nō sunt incōueniētia l3 in eodē vtiq̄ incōueniret. Et ad illā regula3 q̄cquid est causa cause est causa causati. Rñt Scot⁹ q̄nto metaphice q̄ ibi accipiūt tres cāe. variat̄ tñ causa p̄^a respcū medie ⁊ media respcū vltie q̄re ꝯmittit̄ fallacia accñtis. vñ Scot⁹ i theorematib⁹ q̄cq̄d est causa cause est causa causati intelligitur cā3 mediā in eode3 gñe cause esse cā3 causati ⁊ causatū prime cause. Et cōuertit̄ quicq̄d est cātu3 cāti est cātu3 cause ⁊ ita quodlibet cātu3 in aliq̄ gñe est cātu3 a cā pria illi⁹ gñis ⁊ nō cōuertit̄ q̄ q̄cq̄d est cā cāti est causa cē

hoc verum est de efficiente et fine. de materia et forma falsum etc. Hec ille.

Ritur secundo

questio vtrum causa particularis in actu simul sit et non sit cum effectu particulari in actu. et opposito modo de causa in potentia et effectu in potentia. Et arguitur negatiue. Ex questione enim sequitur quod in principio motus cessaret motus. consequens falsum. consequentia autem probatur. efficiens per motum in principio motus est in actu ergo effectus est in actu. sed existente effectu in actu cessat motus. ergo cessat in principio. habitibus enim partibus in materia cessat motus vt allegabatur.

Amplius mouens naturaliter prius est moto et si ad inuicem referantur nihil minus. x° metaphisice. ergo mouens potest esse sine motu sicut prius sine posteriori. ergo causa in actu sine effectu in actu.

Confirmatur scitum in actu est causa scientie in actu. sed scitum potest esse in actu sine scientia in actu. quia referuntur ad inuicem tercio modo relatiuorum inter que non est essentialis et mutua dependentia.

Adhuc deus semper est causa in actu alias enim de potentia ad actum mutatus non esset simpliciter immutabilis quod est falsum. Unde in Deutronomio dicitur. ego dominus et non mutor Et Augustinus. vij° de trinitate capitulo sexto. omnis creatura mutabilis solus deus est immutabilis. Et Paulus ad Thimoteum capitulo vltimo. solus deus habet immortalitatem. quod exponens augustinus quinto de trinitate. vera immortalitas immutabilitas est. Si ergo causa in actu et effectus in actu simul sunt sequitur quod effectus dei semper fuisset et ita mundus fuisset abeterno quod repugnat veritati.

Amplius quod causa in potentia simul sit cum effectu probatur relatiua simul sunt et non sunt in predicamentis sed causa in potentia et effectus in potentia referuntur 2° modo relatiuorum vt calefactiuum et calefactibile quinto metaphisice capitulo de ad aliquid in quo modo est mutua et essentialis dependentia sicut in primo modo per quod distinguuntur a relatiuis tercij modi ergo causa in potentia et effectus in potentia simul sunt et non sunt.

In oppositum est philosophus quinto metaphisice Differunt autem et intantum quod agentia quidem et singularia simul sunt et non sunt ipsa et quorum cause. vt hic medens cum hoc conualescente. et hic edificator cum hoc edificio. que autem secundum potestatem non semper. corrumpuntur enim non simul domus et edificator.

Propter primum

causa particularis de hic audita est causa que ex sua natura limitata est ad causandum primo et per se effectum vnius speciei quando si actu causat vel sit in tali dispositione vt actu possit causare vel tali modo significata dicitur actualis. Si vero non actu causet nec sit in sufficienti dispositione vt actu causet nec tali modo significata potentialis appellatur. Describitur etiam aliter vt magis consuetum est et verius in proposito. Causa particularis est causa particularizata et contracta per particularem causationem que si sit in potentia dicit respectum potentialem vel aptitudinalem ad effectum vt edificator et medicus. Si vero sit causa in actu dicit respectum actualem ad causatum vt edificans et medicans. Idem dicatur correspondenter de effectu. Effectus autem licet proprie loquendo sit causatum ad quod refertur causa efficiens sicut materia ad materiatum. forma ad formatum. finis ad finitum Est enim alia relatio causati ad quatuor causas sicut etiam cuiuslibet cause ad ipsum est alia relatio quamuis vna relatio non possit esse sine alia. non enim potest esse materiatum nisi sit formatum nec effectum nisi sit finitum in illo genere Scotus in theorematibus. Tamen sermo hic videtur extendi ad omne causatum licet sententia Aristotelis et auctorum magis accommodetur cause efficienti et effectui sibi correspondenti de quibus solum erit presens inquisitio non de causa finali et causato sibi correspondente aliquid dictum est in questione precedenti in saluando opinionem Iohannis Iandun. Simultas vero de qua presens extat dictum est simultas nature in presentis que consistit in hoc quod vno extremorum posito ponatur et alterum et vno remoto remoueatur et aliud.

Propter secundum

quidē hui⁹ Egidi⁹ heremita z⁹ pbicoꝝ quē sequūtur fere moderniores oēs hāc qōez de terminās inqt ꝙ causa efficiēs p motū habz duplicē effectū. vnū imediatum. s. ipsuz fieri aliū mediatū. s. factū esse. Ex qb⁹ rñt ꝙ causa in actu sil' est ⁊ nō est cū suo effcū imediato. s. ipso fieri. qd rōe fulcit'. naz qñ cā est in actu tūc mouz ⁊ qñ mouz ipm fieri tūc est in mobili. ⁊ iō sil' sūt cā mouēs ⁊ ipm fieri siue moueri. Dicit 2ºr ꝙ cā in actu nō sil' est ⁊ nō est cū suo effcū mediato. nō. n. oz ꝙ qñ domificator est domificās ꝙ sit dom⁹ hita. qd ꝑbat' qz illo 2cesso seq̄ret' ꝙ oia euenirent de nccitate supposito vno. s. ꝙ futura 2tingētia hēant cās p se. 2ña falsū vt ꝓe ad pñs supponit'. 2ña ꝓbat'. sit. n. aliqd fiēduz die futura ⁊ vocet'. a. si. a. fit ab aliq̄ pse cā sit illa causa. b. si. b. hz aliā cāz sit. c. ⁊ sic reducēdo ad aliqd qd nūc est sit. d. illud qd est cā ipi⁹. c. Tū arguit' sic. si. d. ē cā in actu ⁊ est nccia [illegible] ipm. c. est in actu ex ypotesi. ⁊ si. c. g⁹. b. ⁊ si b. g⁹. a. g⁹ oia nccio euēirēt. Sic nāq; arguit Aristo. vi⁹ metaphice ca⁹ 3⁹. vnde iste due ꝓpoēs nō sūt sil' ve. s. ꝙ c⁹libet fiēdi sit dare aliq̄ p se cāz ⁊ ꝙ posita cā in actu ncciuz sit ponere effcū i actu. nā ex his duab⁹ ꝓpoib⁹ seq' 2clio impossibil' mō ꝑdcō. s. ꝙ omia erūt de nccitate ⁊ nō pp ꝑmā ꝓpoēz. qz concessa illa tanq̄ vera adhuc 2clusio sequeret' ꝓpter scdaz. ergo scda est impossibilis.

Dicit vltimo hec positio ꝙ cā in po^a non oz ꝙ sil' sit cū effcū. Rō c⁹ est qz causa i po^a ꝑor est effcū qz pōt esse sine illo. Ea āt q̄ dcā sūt de causa i actu pticulari intelligant' d cā [illegible] pticularē causatōz signata. nō eniz oz ꝙ sp qñ hoc edificās est actu edificās ꝙ hoc edificiū sit in edificari nec ecōūso. sp tñ cū h̄ edificās est actu edificās hac edificatōe hoc edificiū est in edificari hac edificatiōne.

Sz 2tra hāc dterminatōz inuehit Sco. quinto metaphice dicēs ꝙ rō eoꝝ ita 2cludit 2tra eos de fieri qd ponūt effcū imediatū cause in actu. naz posita p^a ꝓpoē quam ipsi 2cedūt c⁹libz fiendi est dare aliq̄ per se cām ⁊ eidē addita alia q̄ ipsi dant. s. ꝙ posita causa pticlari in actu ncce est fieri esse in actu. Arguit' vt prius. d. exñte in actu ncce est. c. fieri ⁊ ex. c. b. fieri ⁊ ex. b. fieri. a. ergo oia futura nccio fiēt qd ita est incōueniēs sicut ꝙ nccio erūt vt vadit p^a deductio.

Ampli⁹ 2tra pri^o h⁹ opionis dictuz. s. ꝙ cā pticlaris ⁊ effcūs imediat⁹ sil' sūt. Arguit' nā positis mltis cau' agētib⁹ nō p motum si cā exñte in actu ncce sit imediatuz effcū esse in actu. g⁹ oia ꝑducibilia a talib⁹ causis de nccitate euenirēt. 2ñs falsuz. ita. n. 2tigenter ꝑducit volūtas aliqd nō [illegible] motū sic ignis [illegible] motū ymo 2tigentius. 2ña p3 eo mō arguendi quo ipsi arguūt. Proptēa inqt Scotus ad formā rōis Egidij ꝙ ibi est fallacia s3 qd ⁊ simp'. Uñ 2cedit' ꝙ qñ causa cāt in actu nccio seqt' ꝙ effcūs est in actu. nō aūt sequit' g⁹ nccio erit effcūs qz causa ē in actu 2tingēter. vñ 2ña non v3 effcūs nccio nccitate 2ñe erit in actu si causa sit in actu g⁹ effcūs nccio erit nisi poneret' ꝙ ess3 causa in actu nccio. nūq̄ eni ex nccitate cōditōnalis seqt' nccitas 2ñtis nisi añs sit ncciuz qd nō est in ꝓposito si sit cā in actu 2tingēter. Sz phus vi⁹ metaphice allegato caplo ñ sic arguit. Sz supposito vno. s. ꝙ posito eo qd est causa nccio seqt' aliud. sic p3 p ex^o ei⁹ ibidē dū inquit. h eni erit si erit hoc ⁊ si non ñ ⁊ hoc si fuerit aliqd. Sz iteꝝ instat' illud qd est causa 2tingēter est causa vel fuit vel erit. ergo illō 2ñs nō est ncciuz. Rñt Scot⁹ ꝙ si iā aliqd est ad qd nccio seqt' aliud illud aliud ncce est fore nccitate ineuitabilitatis sic ꝙ nō pōt euitari qn erit. sed nō est simpl'r ncciuz quia potuit euitari. qz illud qd nūc est potuit non esse fore nūc.

Cōtra vltimū dictū Egidij arguit' ꝙ causa in potētia sil' est ⁊ nō est cuz suo effectu in potētia. nā ista referūt' z⁹ mō relatiuoꝝ int' que est mutua depēdentia qnto metaphisice q̄re ꝛc. Pōt tñ Egidij snīa satis tollerari negādo silitudinē de causa in actu 2pata ad fieri ⁊ ad factū esse. Uñ rō ei⁹ optie ꝓcedit qua ꝑbat' ꝙ si causa est in actu ⁊ est causa necessaria seqtur ꝙ effect⁹ ē in actu ⁊ nccio

Nosce autē oportet vt cognoscat̄ diuersitas inter quātitatez virtutis ⁊ quātitatem molis siue dimensiuaz. vt. s. Tho. in prima parte qōe. xlij^a. articulo p^rio. q̄ quātitas v̄tutis siue pfectōis pōt attēdi dupl'r. vno mō in ipsa pfectōne forme vel nature. ⁊ sic dicit̄ magnitudo spūalis. Alio mō in effectib⁹ fōme ⁊ hoc dupl'r fm q̄ duplex est effect⁹ forme. s. esse ⁊ opari. vno° fm esse inq̄tuz ea q̄ sunt pfectioris nāe sūt maioris duratōnis. Alio mō fm opatōez inquātuz ea que sūt pfectioris forme vel nature sūt maioris potētie ad agendū. quare. s. Tho. ibidē ad pri^m huiusmodi āt quātitas v̄tualis attendit̄ primo quidē in radice idest in ipsa pfectōe forme vel nature. ⁊ sic dicit̄ magnitudo spūal. sic dr̄ magn⁹ calor pp̄ter suā intēsionē ⁊ pfectionē. ⁊ ideo dicit Aug⁹. vi^o. de trinitate. q̄ in his que nō mole magna sunt hoc ē maius esse quod est melius esse. nā meli⁹ dicit̄ quod est pfectius. Secūdo autē attendit̄ q̄titas virtualis in effectib⁹ forme. prim⁹ aūt effect⁹ forme est esse. nā omis res h3 esse fm suā formā. secūdus aūt effect⁹ est opatio. nā oē agens agit p suā formā. Attēdit ergo q̄titas virtualis fm esse ⁊ fm opatōnez. fm eē qdez inq̄tū ea q̄ sunt pfectioris nature sunt maioris duratōis. fm opatōez autē inq̄tuz ea q̄ sunt pfectioris nature sūt magis poten^a ad agendu3. Et in p^rio sniaꝝ dis. xix^a. qōne q̄rta articulo p^rio ad primū q̄ quātitas virtutis nō attendit̄ fm diuisionez v̄tutis intrisecus. sed attendit̄ ei⁹ diuisio respcū exteriorū. vel fm nūeꝝ obiectoꝝ vel fm intentōes act⁹ vel fm modos agendi. Vñ p3 q̄ in q̄titate v̄tutis nō est ratio totius ⁊ ptis integralis. q2 ptes integrales sunt intra suū totū. Et in qōib⁹ de potētia qōe p^ria articulo 2° in cōpe elicitiue q̄ duplex est q̄titas. s. extēsiua q̄ attēdit̄ fm q̄ ad plura vel pauciora se extēdit ⁊ vocat̄ alio nomie q̄titas arismetrica. super qua fundatur proportio arismetrica. Alia est quātitas intēsiua que attendit̄ fm q̄ maioris vel mioris v̄tutis est ⁊ vocat̄ q̄titas v̄tutis que alio noīe vocat̄ q̄titas geometrica sup qua fundat̄ pportio geometrica Maīfestu3 est. n. q̄ aurū mēsure vni⁹ digiti est minoris quātitatis primo mō q̄ argentū mēsure vni⁹ pedis. sed tñ est maioris q̄titatis 2° cū sit maioris valoris. Vnd. s. Thōs ibidē subdit quātitas potētie attendit̄ fm q̄ se extēdit in multa vel pauca obiecta. ⁊ hec vocat̄ quātitas extensiua. Attendit̄ etiaz in hoc q̄ intense vel remisse agit ⁊ hec vocatur quātitas intēsiua. Addit̄ autē ad p̄ns quātitas p̄dicamētalis cois quātitati dimēsiue ⁊ discrete que a pho notificat̄ quto metaphisice. quare Auerroys ibidē iste sermo pōt ēe q̄si dissolutio cōtinue ⁊ discrete q̄titatis. nō diffinit̄ autē in rōe mēsure. q2 vt sic cōsiderat̄ a logico quomō potius h3 diuidi q̄ diffiniri. Sed fm esse q̄titatis p esse diuisibile in ea que insunt ad d̄riaz diuisiōis mixtorū Naz corp⁹ mixtū resoluit̄ in elemēta q̄ non sunt actu in mixto. sed v̄tute tm̄. vnd non est ibi tm̄ diuisio quantitatis. sed oportz q̄ sit aliqua alteratio p quā mixtū resoluat̄ i elemēta. Et addit̄ q̄ vtrūq3 aut singulū est natu3 esse vnū aliqd ⁊ hoc aliqd demōstratum ad remouēdu3 diuisionē in ptes essentiales q̄ sunt mā ⁊ forma. nā neutrū eoꝝ natu3 est esse vnū aliqd p se. Sed dubitaret aliquis an in p̄dicta diffinitōe intelligat̄ q̄ quātum sit diuisibile in ea que insunt actu. aut in ea que insunt potētia. si 2^m sic cōtiret diuisioni mixtoꝝ cū miscibilia sint in mixto in poten^a ⁊ v̄tute vt dictū est. nec pōt dici primum q2 ptes exn̄tes in toto nō sunt actu ꝟ solū p⁹ diuisionē. Dicēdu3 ex doctrina. s. Tho. in tractatu d̄ nouē generib⁹ accidētiu3 q̄ q̄tu3 est diuisibile in ea q̄ insunt que dicunt̄ esse actu q2 sunt ppinqua actui. ita q̄ p solaz vnicaz diuisionē ⁊ nō p aliquā alteratōez adiunctā reducunt̄ in actu. nō aūt sic est de his in que mixtū diuidit̄. Inqt. n. s. Thōs ibidē q̄ q̄titas fm eius rōez cōez que ponit̄ quito metaphisice est diuisibil' in ea que sunt in actu. quod nō est ideo dictū q̄si ptes in quas q̄tū est diuisibile essent actu in toto in quo sunt

indiuise. sed hoc dictū est ad driaʒ mixtorū que nō sunt diuisibilia in miscibilia nisi per alteratōeʒ p quā altera forma inducit͛. ꝫ in diuisione quātitatis sine alteratōe aliqua so la diuisione fit ps actu. Unde qñ est in toto actu esse dicit͛. qꝛ quod prope est nihil abes se differre videt͛. ⁊ ideo statiʒ subiūgit ꝙ q̄libet pars nata est esse vnū aliqd demōstrabile quod nō ꝯuenit ptib⁹ eēntialib⁹ ⁊ materie ⁊ forme. qꝛ post diuisionē neutruʒ manet ꝑ se existens nisi forte fuerit forma ⁊ hoc aliquid simul sicut est humana anima.

Dico autē rōeʒ ꝓpriā q̄titatis diffinitōeʒ vel pteʒ diffinitōis eiusdē. Uñ. s. Tho. in ꝑ sniaꝝ dis. xxxiiij^a. Ratio dicit͛ dupl͛r. illud quod est in ratiocināte idest act⁹ rōis vel potentia ⁊ vt est nomē intentōis. s. diffinitio vl͛ argumētatio. Est auteʒ diuisibilitas triplex. quedā in ptes essentiales. quedā i partes potestatiuas. alia in ptes q̄titatiuas ei⁹dem rōis de qua p̄sens extat quesitū que vel est actualis vel aptitudinalis. Mensuraʒ vō audio ad p̄ns illud p quod cognoscit͛ quātitas rei ⁊ est quid minimuʒ vl͛ simpl͛r. vt in numeris in quib⁹ primo inuenit͛ vel q̄ ad nos vt in cōtinuis. vt sanctus Tho. quinto ⁊ decimo huius ⁊ alibi pluries.

Propter secundū

quideʒ huius. Nōnulli rōibus post oppositū inducti simpl͛r cōcessere q̄titatis rōeʒ ꝓpriā esse diuisibilitatē in ptes eiusdeʒ rōis. qdaʒ autē ponūt ratōeʒ mēsure. primi assumūt p̄ter ratōes datas id cōfirmātes auctoritateʒ sancti Thōe primo sniaꝝ dis. xvij^a. ⁊ in. xix^o. ⁊ qnto metaphisice qui inquit ꝙ ratio quātitatis ꝯsistit in diuisibilitate. Mēsura quoꝗ ꝙ intrinseca sit q̄titati paulo an̄ innotuit Uñ. s. Tho. in tractatu de natura loci. omissis oib⁹ opiniōib⁹ q̄ sunt circa hoc ꝓpria rō q̄titatis que cōpetit q̄titati ꝟm ꝙ q̄titas est ratio mēsure. ꝓpter quod dicit Auerroys ꝙ q̄titates sunt differētie mēsuraꝝ. Alia enim est rō mēsurādi aliqd intrīsece ⁊ extrinsece. Et posset opinio prima cōfirmari sicut substantia nō est finita nisi p quātitatē loquēdo de finitate ꝟm extēsionē vt colligit͛ primo phisicoꝝ. Pari rōe substātia nō videt͛ diuisibilis in ptes eiusdē rōis nisi p quātitatē. g⁹ intimior est diuisibilitas in ptes eiusdē rōis ipsi q̄titati q̄ substātie sine qua non ꝯtingit q̄titateʒ intelligere vt notū est cuilibʒ speculanti. ergo erit ita eēntial͛ q̄titati ꝙ ipsa erit de eius intellectu formali ⁊ qditatiuo.

Cōfirmat͛ qꝛ Aristo. qnto metaphice diffinīēs q̄titatē eā notificauit p esse diuisibile in ptes eiusdē rōnis. Si. n. quātuʒ est qđ est diuisibile in ea que insunt quoꝝ singulū natuʒ est esse hoc aliqd idest in ptes eiusdē rōnis g⁹ q̄titas est per se diuisibilitas in hm̄oi ptes. nā vbi ē p̄dicatio ꝑse primo⁹ teneʒ a concretis ad abstracta vt Scotus in p̄ntis.

Nosce auteʒ oporteʒ ꝙ ptes eiusdem rōis sunt ptes eiusdē spēi ad inuiceʒ. vt due ptes ligni quaꝝ quelibʒ est lignū. sil͛r duo hoies qui sunt eiusdē spēi spēalissime. ⁊ huiusmodi ptes aliqñ sunt sibi inuicē cōtinue vt due ptes ligni aut ignis ⁊ tūc dici p̄nt quātitatiue Aliqñ vō nō sunt sibi inuicē ꝯtinue ꝫ distincte ⁊ diuerse ꝟm actū vt duo homies. ⁊ dici p̄nt ptes eiusdē spēi. Huic āt inherēdo posi tōi facilis esset solutio rationū ante oppositū

Ad p̄mā ꝯcedit͛ ꝙ ptes quātitatis ei⁹dē rōis differūt facta diuisione primo formalit͛ p ꝓpria principia indiuiduātia. q̄titas eniʒ in ꝓprio g̃ñe hʒ ꝓpria prin^a idiuiduātiā. qđ nō ꝯuenit alijs accñtib⁹. nec est veꝝ ꝙ omis dr̄ia formalis sit specifica. ꝫ solū illa q̄ est inter diūguibilia nullaʒ hn̄tia habitudinē ad māʒ qual͛r nō est de q̄titate. Sic in sili due aīe intellectiue for. ⁊ pla. forma͛r distinguūt͛ nō t̄n specie ꝫ solū p diuersaʒ habitudinē ad diuersa corpa. distictio g⁹ formal͛ est specifica nisi distinctōeʒ māleʒ includat aut saltē p̄supponat ⁊ sit p dr̄ias forles ⁊ specificas. Uñ Scot⁹ qnto metaphice. dico ꝙ ptes q̄titatis differūt seipsis formal͛r ita ꝙ ptes q̄titatis sunt ꝓxima fūdamēta distīcta. ⁊ tam̄ nō spē distinguūt͛. Ille autē ptes q̄titatis sic diuise si sint in diuersis ptib⁹ substātie p̄nt

dici p accñs quoquomõ differre.s.ad distin ctionem suoꝝ subiectoꝝ.

Ad secũdã rõez principalez minor ẽ fal sa.⁊ ad ꝓbatõz dicẽduz ꝙ quãtitas discre ta non est diuisa actu sicut nec continua.sed solum in potentia.nec actu duo ternarij sunt partes senarij nisi in potẽtia alias ex distin ctis specie ⁊ actu distinctis specie fieret vnũ spẽ qδ est falsuz.naz eadez rõe binariꝰ ⁊ ter narius essent ptes quarij.sed vnitates in mi nori nũero sunt ptes mãles in maiori nume ro.cuz ergo adducit̃ Euclides cũ Pħo tali ter interp̃tandus est coꝝ sermo.numerꝰ mi nor est pars numeri maioris idest vnitates in nũero minori sunt ptes in numero maiori adeo vt ptes numeri dicant̃ dissiles ꝓ quã to põt accipi ps maior ⁊ minor in nũero pu ta ꝙ habet duas vnitates ⁊ ꝙ hꝫ tres vni tates.de quo diffusius questione sequenti.

Ad terciã principalez rõez cũ dicit̃ cuiꝰ est potẽtia ꝛc̃ dicẽduz ꝙ duplex est potentia q̃daz abiciẽs actũ sicͭ corruptibile est in potẽ tia ad corruptõez.⁊ tñ illa potẽtia nunq̃ est sitͥ cuz actu. qꝛ adueniẽte actu subiectũ est in corrupto esse ⁊ nõ in potẽtia ad corrũpẽduz q̃daz vero est potẽtia simul stans cũ actu sicͭ hõ est risibilis qui si actu rideat nõ minꝰ est aptus ad ridẽdũ. quia illa aptitudo que est risibilitas est ꝓpria passio hoĩs que nunquã derelinqt suũ subiectũ .Cuiꝰ ergo est potẽtia sumpta primo mõ eiusdez est actꝰ successiue ⁊ nõ simul.⁊ hoc mõ continuũ est diuisibile quod qñ actu diuidit̃ iaꝫ nõ est cõtinuum. Cuiꝰ autẽ est potẽtia secũdo mõ eius ẽ actꝰ simul aut successiue.quo modo cõtinuũ non est in potentia.

Ad quartã rõez coĩter respõdet̃ vt sctũs Tho.in 2° sniaꝝ dis.xiiij.⁊ dis.30. ⁊ primo phisicoꝝ lectiõe.viijͣ.ꝙ mima caro põt acci pi duplr̃.vnoᵒ in esse mathematico vt q̃nta est ⁊ sic ei nõ repugnat posse diuidi in infini tũ.nec vt sic est dare mimũ. Alioᵒ põt sumi in esse naturali ⁊ sic nõ est diuisibilis actu q̃ tenus forma nãlis reqrit subiectũ determina tũ.qꝛ si vlteriꝰ diuideret̃ nõ posset ibi hua ri forma nãlis ⁊ cõuerteret̃ in cõtinẽs.⁊ hoc mõ loqtur Aristo.primo pħicoꝝ. hic autez sumit quãtuz vt q̃tuz est.

Sed cõtra hãc solutõez multipliciter in stat̃ p istaz solutõez nõ magis mimuz natu rale est indiuisibile q̃ maximũ. quod argui tur.maximũ naturale nõ est diuisibile fm se nisi vt quãtuz est.sed ita est q̃titas in mimo sicͭ in maximo.ergo ita vere erit mimuz na turale diuisibile sicut maximũ.

Posset dici ꝙ in quãto illo aliqñ ꝯiungi tur aliquod impediẽs diuisionẽ sicͭ in mimo sed in maxio non qꝛ facta diuisiõe in maxio manerẽt ptes in spẽ qua prius nõ sic in mi nimo. Sed cõtra aut illud impedimẽtuz cõ iũctuz repugnat simplr̃ diuisibilitati. ⁊ tunc repugnat quãto.⁊ ita mimũ nõ erit q̃tum. Si nõ repugnat ẽ stat cuz diuisibilitate illa potẽtia nõ ẽ ad impossibile .ergo possibile ẽ actu aliqñ in ẽe.⁊ ꝯñr hoc mimũ põt diuidi

Amplius qñcunq̃ aliqd impossibile [illegible] inesse alicui fm aliquã eiꝰ conditõnez. ⁊ fm aliam est natuz in esse eidez simplr̃. illud de noiatur simplr̃ inesse. sed esse diuisibile im possibile est inesse mimo nãli fm hãc condi tõez vt nãle est ⁊ fm aliã que inest sibi sim plr̃.s.vt q̃tuz est possibile est sibi inesse.ergo exquo formalr̃ est q̃tuz simplr̃ est diuisibile

Adhuc ꝙ forme nãli carnis nõ repugnet esse sub q̃cunq̃ modica q̃titate ⁊ sub pũcto arguit̃.Aliqδ corpꝰ nãle nõ circulare est fi guratũ ergo eiꝰ supficies nõ circularis est in actu ⁊ nõ infinita.ergo terminata linea ⁊ li nea pũcto.ergo aliqs pũctus in nãlibꝰ est in actu.sed pũctus est de gñe q̃titatis gᵒ deter miat sibi aliqδ subiectũ non mãz primã. gᵒ est in sba ꝯposita.⁊ ꝯñr aliq̃ caro vel corpꝰ nãle in cõposito est sub puncto.Et huic inhe rẽdo opinioni vt Scotꝰ 2° sniaꝝ ⁊ qnto me taphice. q̃q̃ rõs adducte apud Auerroym nõ ꝯcludãt facile rñr ad pħm ꝑ phisicoruz. ꝙ ipse loqnit̃ de mimo ꝯtra Anaxagorã. q imponit sibi ꝙ cõcessit quodlibet esse in qli bet .⁊ hoc qꝛ ex quolibꝫ põt gñari qδlibet . qꝛ illud mimuz nõ posset sustinere actionẽ cꝰ

cun̄ꝗꝫ agētis n̄alis. tn̄ est ɔtra Anaxagoraꝫ qui ponit quodlibꝫ ex quolibꝫ in infinitum. Ph̄us āt nō. ⁊ h̄ est sic dcō ei⁹ qui glosans sermonē pħi primo pħicoꝝ dixit ꝙ nulla ē simplr̄ mīma caro. sed aliqua est mīma caro poēs in dato medio corrūpenti resistere ab sꝗ sui corruptōe vt Petr⁹ mantuan⁹ in tractatu ꝺe instanti. ⁊ Gualteri⁹ anglic⁹ primo phisicoꝝ.

Ad cōfirmatōeꝫ rn̄debit̄ qōe seqn̄ti.

Ad 2ᵐ principale dicēduꝫ ꝙ ratio mēsure vniuoce ⁊ equaliter ɔuenit oībus spēbus logice. que tamē metaphisice aut phisice cōuenit eisdeꝫ analogice. nihil eni refert aliqō gen⁹ vniuoce p̄dicari vniuocatōne logica q̄ sufficit ad rōeꝫ generis. qō tamē p̄dicat̄ ꝺe suis spēbus analogice phisice aut metaphisice loquēdo. que tn̄ analogia nō tollit rōneꝫ generis. Quare. s. Tho. p̄ sniaꝝ dis̄. xixᵃ. q. vltiᵃ articl̄o 2ᵒ. Aliqd dr̄ fm analogiā tripliciter. vel fm intentiōeꝫ tn̄ ⁊ nō fm esse. ⁊ hᵒ est qꝫ illa intentio refert̄ ad plura p̄ prius ⁊ posterius que tamē nō hꝫ esse nisi in vno sicut intētio sanitatis nō ē nisi in aīali. Uel fꝫ esse ⁊ nō fm intentōeꝫ. ⁊ hoc ɔtingit qn̄ plura parificant̄ in intentōe alicuius rei cōmunis. sed illud cōmune non hꝫ esse vnius rationis in omnibus sicut omnia corpora parificantur in intentiōe corporeitatis. Unde logic⁹ qui cōsiderat intentōes tn̄ dicit h̄ nomē corpus ꝺe corpib⁹ oibus vniuoce p̄dicari. sed esse nature corpis nō est eiusdē rōis in corpib⁹ corruptibilib⁹ ⁊ incorruptibilibus. Un̄ q̄tuꝫ ad metaphisicū ⁊ n̄aleꝫ qui considerāt res fm suū esse nature. hoc nomē cor⁹ neꝗꝫ aliqd aliud dr̄ vniuoce ꝺe corruptibilibus ⁊ incorruptibilibus. vt patet. xᵒ. metaphisice ex philosopho ⁊ ɔmētatore. Uel fm esse ⁊ intētionē. ⁊ hoc est qn̄ neꝗꝫ parificant̄ in intentōe ɔmuni nec in esse. sicut ens dicit̄ ꝺe substātia ⁊ accidēte. ⁊ in talib⁹ oportꝫ ꝙ natura cōis habeat esse aliquod in vnoꝗꝗꝫ eoꝝ ꝺe quibus dicitur.

Ad aliud in eodē dicēduꝫ ꝙ hoc argumēto motus Egidius heremita in qōibus ꝺ mēsura angeloꝝ ꝓbat ꝙ ratio quātitatis non ɔsistat in mēsuratōe. Cōfirmās idem. naꝫ si ratio q̄titatis ɔsisteret in ɔmēsuratōne non esset dare aliquod infinitū. neꝗꝫ infinitū esset ꝺe gn̄e quātitatis qō est ɔtra pħm primo phisicoꝝ cuꝫ inquit ꝙ ratio infiniti quātitati cōgruit. g⁹ rō mēsure nō est rō ꝓpria q̄titatis.

Ad argumētuꝫ g⁹ rn̄r ꝙ ratio quātitatis maxie ɔuēit vnitati ⁊ puncto tanꝗ̄ pricipiis nō autē oportꝫ ꝙ eis maxie ɔueniat tanquaꝫ spēbus cōpletis sub gn̄e. Et ad ei⁹ ɔfirmatōeꝫ rn̄r ꝙ nō est dabile infinitū in actu s̄ bn̄ in potētia. nō qdē p̄ se s̄ p̄ accn̄s. vt. s. Tho. in quolibetis quolibeto. ixᵒ. qōe. pria articulo prio. ⁊ tale infinituꝫ eo mō quo est eo mō est mēsurabile. Un̄ cōcedit̄ ꝙ infinitū i actu nō cōgruit quātitati neꝗꝫ est in p̄dto q̄titatis sed infinituꝫ in potentia tantuꝫ.

Ad vltimū rn̄r sic̄ ad 2ᵐ pricipale ꝺe mēsura vniuoce vel analogice dicta ꝛc.

Sed hec ꝺetermiātio videtur ambigua q̄ꝗ̄ eā ꝺefendat Scot⁹ in p̄ntis. ⁊ prio probat̄ ꝙ essential̄ ratio quātitatis nō sit diuisibilitas in ptes eiusdē rōis. null⁹ respectus est essential̄ ratio alicui⁹ absoluti. naꝫ pħus q̄rto metaphice ducit ponētes oīa apparētia esse vera ad hoc incōueniēs ꝙ oīa tūc essent formal̄r ad aliqd. s̄ diuisibilitas est formal̄r respect⁹. qꝫ dicit quādaꝫ aptitudinē ad diuisionē. gᵒ nō erit ēential̄ rō q̄titatis quod est ens absolutuꝫ.

Amplius sic̄ se hꝫ substātia ad q̄titatem sic ptes substātie ad ptes q̄titatis p ɔueniēteꝫ siītudinē. sed substātia p̄or est n̄alit̄ q̄titate. vijᵒ. metaphice. gᵒ ptes s̄be n̄alr̄ p̄ores sunt ptib⁹ q̄titatis. ⁊ ɔn̄r p̄us diuisibilitas inest substātie an̄ꝗ̄ ei insit q̄titas ⁊ nulla diuisibilitas nisi in ptes eiusdē rōis ergo ꝛc.

Adhuc q̄titas ɔtinua est in potēᵃ diuisa discreta actu. sed q̄ sunt actu ⁊ poᵃ aliqd nō sont equal̄r illud. gᵒ diuisibilitas nō equal̄r ɔuēit ɔtinuo ⁊ discreto. assumptū pꝫ qꝫ partes nūeri actu sūt diuise ab inuicē ɔtinui nō.

Ampli⁹ poᵃ ⁊ act⁹ sunt eiusdē gn̄is ⁊ ei⁹deꝫ essenᵉ. qꝫ diuidunt ōe ens. s̄ actu diuidi

nõ est eẽntiale q̃titati.qꝛ oĩs q̃titas eẽt actu diuisa.gᵒ nec poᵃ ad diuidi est de eiᵒ eẽntia

Adhuc Aristo.ꝓbat ozõez esse q̃titatez. qꝛ est mẽsura gᵒ illa est rõ eẽntialis q̃titatis.

Propter tercium quidez huius ꝓbabilius dicẽduz videt̃ pzi mo ꝙ diuisibilitas in ptes eiusdẽ rõis sit ꝓ pzia passio q̃titatis.qð põt rõe ꝓbari.nam quod inest alicui p se pzio ꝛ fm ꝙ ipsuz vi det̃ esse illiᵒ passio adequata ꝛ vlis pzimo posterioꝝ.sed diuisibilitas hoc mõ inest q̃ titati p se pzimo.spẽbus autẽ eiᵒ inest per se nõ pzimo.cuicũq̃ etiaz inest diuisibilitas in ptes eiusdẽ rõnis hoc est p quãtitatẽ. Unde si sba cozpea hẽat ꝓpzias ptes eiusdẽ rõnis licet hẽat eas de se extensas ꝛ diuisibiles in potẽtia.tamẽ actu extẽsas ꝛ diuisibiles hẽt p quãtitatem.

Ampliᵒ illð qð ꝯsequit̃ ad aliud q̃si cõ comitans ipsuz videt̃ eius ꝓpzia passio non exñs de eius essentia.sed diuisibilitas ẽ hu iusmodi cũ q̃titas sit principiũ illius diuisi bilitatis intãtuz ꝙ si quis cognosceret ratõez formalẽ ꝛ quiditatiuã q̃titatis p illaz sicuti p mediũ posset demõstrare diuisibilitatez de quãtitate.

Adhuc quod inest omni quãtitati p se so li ꝛ semp videt̃ eius ꝓpzia passio vt Poz phiriᵒ.sed diuisibilitas est hmõi vt pꝫ indu cẽti gᵒ ꝛc̃.nec est instãtia de vnitate ꝛ pũcto. qꝛ nõ sũt q̃titates in actu sed in poᵃ solũ. q̃r Scotᵒ q̃nto metaphice inq̃t.Concedo ꝙ di uisibilitas est passio pzia q̃titatis ꝛ non de essentia eius.vnde sic̃ hec est pse in secundo mõ colox est visibilis.sic hec quãtitas est di uisibilis. Nã sic̃ visibilitas est respectᵒ qui daz in coloꝛe p compatiõnẽ ad visuz.sic di uisibilitas fundat̃ in quãtitate ꝛ dicit habi tudinẽ ad diuisionẽ ꝛ cuicunq̃ inest diuisi bilitas in ptes eiusdẽ rationis hoc est p quã titatez.ꝛ ita hec est pse in secũdo mõ.q̃titas est diuisibilis sicut hec coloꝛ est visibilis .2ᵒ de ania. Uñ oẽs auctoꝛitates que ꝓbant ꝙ q̃titas est diuisibilis pse ꝯcedant̃ pse secun do mõ non pzimo mõ. quare q̃titas notifi cat̃ hic p ꝓpziaz passionẽ eius ꝛ ñ diffinit̃ Et siĩr diuisibilitas est passio cuiuscũq̃ spẽi q̃titatis ƀ non pzio.sed generis pzimo spẽꝝ per se sed non pzimo.

Dñduz secũdo ꝙ diuisibilitas ĩ ptes eiᵒ dez rõis ꝛ piter ratio mẽsure n sũt de rõe for mali quãtitatis fm ꝙ est genᵒ g̃nalissimum qð lꝫ ex adductis satis ꝯstat de diuisibilita te.ꝓbat̃ tñ spẽaliter de rõe mẽsure ratio ge neris equalit̃ inuenit̃ in oĩbus spẽbus. ƀ nõ sic ꝯtingit de ratoe mẽsure in ꝯtinuo ꝛ discre to.qꝛ vni maxie ꝓpziũ est esse mẽsurã. ꝛ cũ illud p se sit principiũ numeri ab illo pzimo deriuat̃ ratio mẽsure ad numeꝝ ꝛ de nume ro ad ꝯtinua vt mãifeste habetur.xᵒ.meta phisice capᵒ.2ᵒ.Si autẽ dicat̃ ꝙ discretum sit priᵒ ꝯtinuo in se nõ ꝯpando ad suũ genᵒ ƀ ꝯcedit ꝓpositũ.qꝛ neutꝝ pticipat rõꝫ g̃nis p alteꝝ.ƀ ꝯtinuũ nõ hꝫ rõez mẽsurãdi nisi a discreto.vt docet̃ .xᵒ.mẽᶜᵉ.gᵒ rõ mensure nõ est rõ q̃titatis vt est genᵒ.qualis ãt sit oꝛdo haꝝ passionũ inter se videbit̃ ꝯñr.

Quod si.s.Thõs pzio sñiaꝝ ꝛ q̃nto meta phice dũ dixit ꝙ rõ q̃titatis ꝯsistit in diuisi bilitate p rõez intellexit rõez descriptiuã que p aliq̃ acc̃ñtia ꝓpzia circũlogt̃ ꝛ nõ rõꝫ q̃di tatiuã vtcũq̃ rẽe ꝓcessit ꝛ ꝯuẽit cũ doctrina Scoti q̃nto metaphice.Idẽ dicat̃ de hmõe eiusdẽ in tractatu de nã loci.ratio.n.mẽsure est ꝓpzia q̃titati ꝯueniens illi fm ꝙ quãtitas rõez sumẽdo p passiõe ꝓpzia ꝛc̃.nec rõs op positũ suadẽtes ꝯcludũt vt q̃rto appebit di cendoꝛum.

Sed circa dicta insurgũt difficltates n pue. Pzima vtꝝ mã ꝛ sba cozpozea sepata ab eis q̃titate remanerẽt penitᵒ idiuisibiles Dicẽdũ p recte ꝯplicãdo dcã Sco. ꝛ alioꝝ ꝙ sba cozpea ꝛ piter mã sepata q̃titate eẽnt diuisibiles.vnoᵒ qꝛ hẽnt potẽtiaꝫ ad fõmã idest ad q̃titatẽ p quã imediate pñt diuidi. Alio ãt mõ essent indiuisibiles qꝛ non hẽnt formaꝫ idest q̃titatẽ fm quã formalr posset diuidi. Intãtuz vt inq̃t Scotᵒ q̃nto meta phisice ꝙ sba nullas ptes hꝫ nisi p quãtitatẽ

extendentem in actu. nec formaliter est diui sibilis anteq̄ sit sub q̄titate nisi in potentia et sub quantitate actu. et secūdū q̄ est subiectū q̄titatis nō h3 ptes de se nisi in potentia sicut nec subiectū q̄litatis est quale inse nisi i potētia et sic tota q̄titas recipit̄ in tota sb̄a in pō diuisibili ita ptes in ptib⁹ substātie q̄ sūt in pō. Et si dicat̄ oē diuisibile est q̄tum verū est de diuisibili extēso in actu. vñ et .s: Thōs in scdo sniaꝝ dis. 3ª. q. scda articulo pmo. Mā dr̄ idiuisibilis [redacted] negatōem toti⁹ gnis q̄titatis. pūctus aūt est idiuisibilis sicut quātitatis pricipiū sitū determiatū habēs Vñ ex mā res quāta efficit̄ nō p extēsionē loquēdo de mā pma cū extēsio nō sit nisi ei⁹ q̄ aliqd quantitatis erat. s p quātitatis susceptionē quare idē in q̄libetis q̄libeto. ix. q. quarta articlō p diūsitas ptiū nō pōt itelligi nisi itellecta diuisione: nec diuisio nisi itellecta dimēsione. qz subtracta quātitate sb̄a manet idiuisibilis ut p3 p phicoꝝ. Et in hoc ouenit etiā Albert⁹ p phicoꝝ dicēs q̄ si mā eēt nuda absq̄ quātitate ipa esset penit⁹ indiuisibilis et q̄ nullā h3 diuisibilitatē nisi a q̄titate. qd rōnib⁹ qbusdam pbat pmo mā sola exñte aut est simplex et oñr habet̄ q̄ ipa est indiuisibil' oino. aut est ɔposita pma cōpōne q̄ est ex pō et actu qd nō est dōm cum ipa sit pura potētia: nec ɔpōne scda que est ex subiecto [redacted] accidēte causata a pma eam p supponēs. vbicūq̄ aūt nō est ɔpō pma ibi ñ est ɔpō scda. Sed i mā pma nō est ɔpō prima. ergo nec secūda.

Ampli⁹ necesse est ptes in q̄s diuidit̄ totū ab inuicem differre aliqua dñtia ergo si mā sola accepta ipa eēt diuisibilis in ptes ille differrēt ab iuicem aliq̄ dñtia. hoc autē est falsū qz nō differrēt dñtia accidētali cū ponat̄ nullū accñs ineē eis: nec ēt dñtia sb̄ali. qz oia q̄ differūt differētia substātiali aut differūt suis formis sb̄alib⁹ aut suis matijs S3 ɔstat q̄ ptes ille nō differūt formis substātialibus qz nullas ponit̄ hr̄e nec etiā materijs. qz nō est idē in quo aliq̄ ɔueniunt et in quo dñt. S3 ptes ille si mā eas hr̄et ɔuenirent in pncipio māli. ergo nō differūt i illo.

Adhuc cuicūq̄ attribuit̄ aliq̄ passio alicui⁹ subiecti eidē cōpetit et illud subiectū vt patet. sed diuisio est passio quātitatis. ergo si materia in casu q̄sit nuda esset diuisibilis seq̄ret̄ q̄ ess3 quāta. qd tñ veꝝ nō esset.

Ampli⁹ passio diffinita p subiectū nūq̄ inuenit̄ extra illud. vnd qz simitas diffinit̄ [redacted] nasū nunq̄ iuenitur nisi in naso. S3 diuisio in ptes eiusdē rōis de qua hic est pmo est passio cōtinui. qz diffinit̄ p cōtinuū vt pat3 ergo nunq̄ iuenit̄ extra ɔtinuū.

Adhuc si materia sola exīstēte ipsa esset diuisibilis cōsilr̄ possumus dicere q̄ color et albedo et alie huiusmodi forme sepate a q̄titate partes haberēt quod nō videt̄.

Amplius illo dato seq̄ret̄ q̄ materia eēt p se qualis. ɔñs falsū ɔña deducit̄. qz materia pse sumpta hr̄et passionē puta diuisibilitatē eā reddentē qualē. Et si arguat̄ contra hāc positionē intellect⁹ pōt intelligere sb̄stantiā hoīs sine q̄titate. qz substātia p̄cedit oē accñs diffinitōne cognitōne et tempe. vij⁹ metaphisice. sed intellect⁹ nō pōt intelligere hoiē sine ptibus. qm̄ hō non pōt intelligi sine carnib⁹ et ossib⁹ s̄m phm̄. ergo hō habet ptes circūscripta q̄titate. qz circūscripta q̄titate s̄m intellectū h3 ptes s̄m intellectū ergo [redacted] eandē rōēs pōt hr̄e ptes circūscripta q̄titate s̄m reȝ. Dicendū huic inherēdo positōi ɔcessa maiori ad minorē q̄ intellect⁹ nō pōt intelligere hoiē sine ptib⁹ aut in actu aut in potētia. vñ l3 nō possit intelligi sine carnibus [redacted] ossibus. caro tñ et os nō sunt ptes actu nisi per quātitatem.

Et si iterū instet̄ vtrū homo seclusa q̄titate esset corp⁹ homogeneū vl' ethorogeneū Rñdet Petr⁹ mantuan⁹ in tractatu de instanti q̄ hō est corp⁹ homogeneū. qz h3 eandē denoiatōē sb̄alē cū suo toto. q̄lib3 enī ps substātialis hoīs est hō. et idē hō est corpus ethorogeneū. qz ptes q̄titatiue hoīs cū suo toto hn̄t diuersas denoiatōes accñtales Ablata ergo q̄titate hō mere substātialiter cōsideratus ess3 corp⁹ homogeneū. vt seq̄t̄

ex hac positōe ⁊ nullo⁹ etherogeneū. sequēdo āt doctrinā Hētisberi illo sophismate totus sor. ē minor sorte vt elicitū habet ab eo essꝫ dnr dicendū q Sor. ēt mere sbalr ꝯsidera tus seclusa quātitate esset corpus etherogeneum. quia ad hoc q aliquod ꝯpositum denominetur Sortes ī recto reqritur q tale sit cōpositum ex vltima forma Sortis que est anima ītellectiua ⁊ tota materia Sor. adequate que est totuꝫ corpus sor. quod nō cōtingit de aliqua sui parte quecūqꝫ sit illa aut actu aut potentia. Sed de hijs nihil ad presens.

Aliter respondetur ad principale ⁊ est cōmunis responsio q mat̄ia aut substātia supposito q per potentiaꝫ dei absolutam essent sepate a quātitate ipā adhuc esset diuisibil' in partes eiusdem rationis quaꝝ nulla esset extra aliā. ⁊ hūc modū olfecit Sco. quinto metaphice in quadam solutiōe. dum inquit substātia nō hꝫ ptes pmas sub q̄ttitate extra alias. Et aptius Gualteri⁹ anglic⁹ in pn̄tis. Est. n. quātitas vnū genus quod habet vnuꝫ modū eēndi seu vnā rōnem distinctaꝫ a qlibet alia rōne cuiuslibet alteri⁹ pn̄ti ⁊ gn̄alis rō q̄ hꝫ quātitas est de se hr̄e ptes ītegrales quod idē est q hr̄e ptē extra ptē. Et pōt sn̄ia hec rōnibus roborari. qcqd est cā an̄tis est causa ꝯn̄tis. sicut qcquid est causa cause est cā causati. sic ēt qcquid ꝯpetit causato ⁊ m̄ [illegible] pri⁹ hꝫ esse in cā q̄ in cāto ut Sco. in theorematib⁹. ß diuisibilitas in ptes eiusdē rarōis ꝯsequit' essentiaꝫ q̄ttitatis vt innotuit. ⁊ essentia quātitatis causat' ab essentia mat̄ie ergo diuisibilitas in ptes eiusdē rōis causat' ab essentia materie. ⁊ ꝯsequēter prius cōpetit illi ratōe cuius cōpetit quantitati.

Amplius remota quātitate substātia eādeꝫ hꝫ ptes quas prius hēbat cū nulla ponatur corrūpi nec vna in aliā cōuerti. sed materia prius habuit ptes eiusdē rōis. cū alia ps materie prius fuerit in vna medietate corporis cuius illa erat materia ⁊ alia pars in alia medietate ergo materia etiam nunc tales partes habebit.

Adhuc si materia vel substātia non esset ex se diuisibilis tunc talem diuisibilitatem ab alio haberet a nullo vero videt' q̄ a quātitate. ꝯsequens tamen est falsuꝫ. quia nullū accidens largit' aliquod essentiale suo subiecto. essentiale autem est materie q ipsa sit in plura ptibilis sibi competens vt materia est aliter nō posset generatio ppetuari in infinituꝫ. cui⁹ oppositū vult Aristo. 2° de gn̄atione Et hāc positō ꝫ defendē⁹ ad rōeꝫ pmā Albēti respondet' q materia esset cōposita sepata ab ea quātitate. prima cōpositōe q̄ est ex partib⁹ eiusdeꝫ ratōnis cū toto. nec ista cōpositō inest primo q̄ttitati. qꝛ inest materie a quantitate abstracte ⁊ per materiaꝫ inest q̄titati sibi inherenti. cōpositio autē ex potentia ⁊ actu nō est prima ymo secūda quaꝫ sequitur cōpositio. tercia que est ex subiecto ⁊ accidente. he [illegible] auteꝫ vltime due cōpositōnes non essent in materia a quantitate abstracta ⁊ hoc solum deducit argumētuꝫ.

Ad secundaꝫ dicendū est q ptes ille differūt seipsis que dici possunt differētie substantiales. ⁊ cuꝫ dicit' q cōueniūt in principio mālī verū est in specie sed nō in nūero.

Ad terciā diceret' ꝯsequēter rn̄dendo q diuisibilitas in ptes eiusdē rōis nō est ꝓpria passio quātitatis tantū. qꝛ p prius inest materie. ⁊ sicut materia est causa quātitatis fm suū esse phisicū ita est causa sue diuisibilitatis. sed ꝓpria passio quātitatis est diuisibilitas in ptem extra parteꝫ. ⁊ p idem ad q̄rtaꝫ

Ad qntaꝫ dicēduꝫ q albedo ⁊ ꝯsiles q̄litates sepata q̄ttitate haberēt ptes graduales vel intensiuas. Ad sextū negādo ꝯn̄aꝫ lꝫ cūꝫ materia sit ꝑ se qualis in 2° mō dicendi per se. nō tamē in primo mō siue qditatiue. ⁊ q̄uis materia ab omni quātitate possit expoliari loquēdo de potētia logica nō tamen potest ab ea remoueri eius passio que est diuisibilitas in ptes eiusdē rōnis. vel qꝛ est eadē realiter suo subiecto apud Scotū. vel ꝑpter necessariā hitudinem ad subiectuꝫ suū vt sanctus Thomas.

Si qs tñ alteri opinioni adhēret ad rōes istorꝫ facile rñderet. ad p̄riaꝫ qualitercūqꝫ glosauerit Scot⁹ maiorē illā ut visū fuit qnto h⁹ qōe scđa. Dōm tñ ꝙ maior illa hꝫ veritatem qñ effect⁹ dependet a cā 2ª p illud q̄ cāta est a cā p̄ria. Constat aūt ꝙ diuisibilitas nō depēdet a q̄titate ſm ꝙ q̄titas dependet a sba mā li. sed ꝯuenit ei ſm p̄priaꝫ ei⁹ nāturam. nec ꝯuenit sbe aut mē nisi p q̄titatē q̄ sibi accidit. g° ꝯña est negāda. q̄titas.n. imediate iherēs materie causat̄ subiectiue a mā ⁊ tñ sua extēsio aut diuisibilitas nō causat̄ a mā p̄ma cū extensio nō insit mē nisi rōne q̄titatis.

Ad scđam rōneꝫ dōm ꝙ sba q̄titate remota hꝫ easdē ptes saltē in pō q̄s p̄us hēbat in actu sicut etiā est in pō ad q̄titatē p quaꝫ erat formaliter prius diuisibilis.

Ad tertiā ꝯcedit̄ illud ad ꝙ deducit rō a q̄titate.n. hꝫ sba diuisibilitatē illā in ptes eiusdē rōnis nec istud ē eentiale marie ſ inest. materie p q̄titatē quare ꝛc.

Scđa difficultas est de ordie passionuꝫ q̄titatis. vtrꝫ diuisibilitas in ptes eiusdē rōnis sit simplr̄ p̄ma. Dōm sequēdo doctrinaꝫ Scoti ꝙ diuisibilitas est passio p̄ma q̄titatis ⁊ ñ de eentia ei⁹. postq̄ dat̄ 2ª q̄ est eē finitū uł ifinitū q̄ p̄supponit p̄mā. Illud.n. qđ ē finitū p̄supponit aliqd ꝙ dꝫ finiri ⁊ illđ neccō p̄intelligit̄ diuisibile de q̄ hētur v° mē ⁱᶜ ⁊ 3° phicorꝫ. Terª aūt ē eē eqle uel ineqle q̄ ꝯseᵗ ⁊ p̄supponit scđaꝫ.s. finitū ⁊ ifinitū de q̄ in p̄dicamētis. Quarta ē rō mēsure q̄ p̄supponit tertiā. nā ois mēsura p̄intelligit̄ eq̄lis uł ieq̄lis mēsurato. qꝛ.n. eqle uel ineqle iō mēsurat ⁊ nō econūso de q̄.x. mē ⁱᶜ. p̄me aūt due quātitati ꝯueniūt i se. ſ alie due i respcū ad aliđ.

Alit̄ dōm iuxta doctrinā q̄rundā modernorꝫ ꝙ rō mēsure ē simplr̄ pª passio q̄titatis. ñ p̄supponēs diuisibilitatē. vnūqđqꝫ.n. tēdit ad diuisibilitatē ſm ꝙ tēdit ad p̄laritatē cū p̄lalitas ex diuisione causet̄ ⁊ vnūqđqꝫ tendit ad rōeꝫ mēsure ſm ꝙ tēdit ad vnitateꝫ cū vnitas sit p̄n⁰ mēsure. vnū aūt p̄cedit mltitudieꝫ g° rō mēse p̄cedit rōeꝫ diuisibilitatis. Vñ.s. Tho. qnto metaphice si lōgitudo eēt

ifinita ñ eēt linea qꝛ līea ē lōgitu° mēsurabił.

Tertia difficultas videt̄ ꝙ q̄titas nō sit diffinienda. nā vnūqđqꝫ mlti⁰ p̄us ē diuidēduꝫ q̄ diffiniēduꝫ. nā diffi° idicat qd vnum ſ q̄titas siue q̄tū est mlti⁰ v° mē ⁱᶜ. ergo ꝛc.

Confirᵗ phs in p̄ntis diuidit q̄titatē eaꝫ nō diffiniēs ergo nec metaphic⁹. Dōꝫ ꝙ nᵒ mltiplex equocū inq̄ᵒtale ē diffiendū. Multiplex tñ analogū est diffiniendū nō inquāᵒ mltiplex. Sed inq̄tū oia analogata habent ordieꝫ ad vnū cui diffinitio p̄prie ⁊ p̄ ꝯueīt Scđario aūt ceteris analogatis. verū tamē qꝛ q̄titas est genus gñalissimū ꝯsiderādū ꝙ q̄titas sumi pōt altero duorum modorꝫ p̄ ſm suā eentiaꝫ ⁊ sic est qđdaꝫ vniuocū. Secūdo° ꝯsiderari pōt in rōe mēsure uł absolute ⁊ sic etiā vniuoce ꝯuenit omibus spēbus. Alio° respectū ad p̄maꝫ sbaꝫ q̄ hꝫ mēsurare ⁊ sic analogice ꝯuenit suis spēb⁹. Et qꝛ logic⁹ ꝯsiderat q̄titateꝫ nō ſm ei⁹ eentiam. iō logic⁹ nō diffinit quātitatē sicut metaphicus ⁊ p hoc ad ꝯfirmatōeꝫ quare Albertus qnto metaphisice fere hoc ideꝫ intēdens inqt loquēdo de gñib⁹ accñᵒ loq̄mur p̄ de q̄titate nō qdeꝫ put est mēsura corpee substātie put determiatuꝫ ē de ipa in p̄ntis: qꝛ sic diffiniri non pōt eo qꝛ nō est vni⁹ rōis mensura discretorꝫ ⁊ ꝯtinuorꝫ: nec ētis ⁊ eē q̄ mensurant loc⁹ ⁊ tēp⁹ nꝫ ēt nūeri ⁊ oratōis quorꝫ vnū p̄manentiā habet in partib⁹ aliud vero nō. sed loquamur hic de quātitate put pendet ex ente ⁊ ponemus modos entis q̄ sunt speciales modi entitatis.

Propter quartuꝫ

quidē h⁹ Ad p̄imū post oppositū dicēdum ꝙ diuisio gñis aliq̄n fit differētias p̄prie dcās. aliq̄n passiōꝫ circūloquētes differētias eentiales q̄ sunt ignote nobis. ⁊ hoc mō ꝯtingit de q̄titate. nā diuisibilitas est passio q̄titatis ⁊ sic ſm diuersuꝫ modū diuisibilitatis circūloquēdo differentias q̄titatis nobis ignotas Aristo. distiguit spēs q̄titatis.

Ad scđm dōm ꝙ recte ꝯcludit̄ ꝙ eentiale est quātitati habere ptes nō tñ diuisibili

tas q̃ ꝯsequtur habere ptes ut q̃dam passio q̃ nõ est eẽntialis q̃ttitatis ratio.

Ad tertiũ iã patꝫ ex dictis quia notificatio quãtitatis data gnto metaphice est a posteriori ideo rõ nihil ꝯcludit.

Ad quartũ rñdet̃ ꝯsĩr sicut ad p̃muꝫ.q̃re Sco.in p̃dicamẽtis nõ negat̃ illud quod pse est mẽsura eẽ q̃ttitatẽ.sed ꝙ illa ratio nõ est eẽntialiter q̃ttitatis ut est genus quare nõ equaliter in est sp̃ebus eius.

Ad rõnes opiõis opposite.rñdet̃ ꝙ sine diuisibilitate ꝯtingit ĩtelligẽ quãtitatẽ ĩtellectione simplici nõ tamen ꝯposita sic̃ dicit̃ de passiõibus ꝓprijs alicuius subiecti. Quare Egidiꝰ heremita p̃ posterioꝝ hñt se p ordieꝫ ista tria intelligere nõ in eẽ.intelligere abeẽ: ⁊ ĩtelligere ꝯtrariuꝫ iesse. Intelligẽdo.n.subiectũ nõ optet ꝙ ĩtelligam ꝓpriũ iesse. Sꝫ falsuꝫ est ꝙ ĩtelligã ipm abesse vel ꝙ ĩtelligã ipm separi a subiecto. Et etiam falsum est ꝙ ĩtelligam cõtrariũ ꝓprij adesse subiecto.sed possuꝫ ĩtelligere accñs ĩsepabile ab eẽ ⁊ ꝯtrarium eius in esse. Cum aũt querit̃ q̃õ differt ꝓpriũ ab accñte put ꝯpãtur ad ĩtellectum. Dõꝫ ꝙ ꝯueniunt ⁊ differũt. Cõueniũt qdem quia sicut põt ĩtelligi subiectuꝫ nõ intellecto accñte ita põt ĩtelligi nõ ĩtellecto ꝓprio. Differunt aũt qꝛ accidẽs tam sepabile q̃ insepabile põt ĩtelligi abeẽ ⁊ ꝯtrariuꝫ eiꝰ ineẽ absq̃ subiecti corruptione. Sꝫ de ꝓprio dici nõ põt pp quod.s.Thõs in.q.de spũalibus creaturis.q.xi.subiectũ põt ĩtelligi sine ꝓprio accñte p primaꝫ opatiõnẽ ĩtellectꝰ nõ aũt p sc̃dam.sed vtraq̃ sine cõi accñte etiã insepabiliter nec p̃dicatur diuisibile in p̃mo mõ de quanto iõ nõ tꝫ p̃dicatio in abstracto quantitas p se p̃mo mõ dicẽdi per se est diuisibilis.

Si qs aũt afficẽtur alteri pti ut ꝙ diuisibilitas sit de rõne formali q̃ttitatis.

Ad rõnes in oppoꝰ rñdenduꝫ eẽt. Ad primã cum dicit̃ nullus respectus est de eẽntia alicuꝰ absoluti rñdetur negãdo illã maiorẽ Uñ licet nullꝰ respectꝰ de pñto relatiõis possit eẽ de essentia alicuꝰ absoluti tñ respectus trãscendens põt ut patꝫ de habitudĩe potentie seu mãrie p̃me ad actũ p̃mum que est rõ eẽntialis materie p̃me. Uñ.s.Thõs in q̃libetis q̃libeto.ix. qõne q̃rta si mãria diffiniret̃ haberet loco dñtie ordineꝫ sui ad formam ⁊ loco generis suaꝫ eẽntiam. Cõstat autẽ ꝙ diuisibilitas nõ dicit respectuꝫ de pñto relationis aliꝰ esset in pñto relationis ⁊ sic relatio eẽntialiter esset diuisibilis.

Ad sc̃dam rõnem cũ dicebat̃ sicut se hꝫ sba ad q̃ttitatem ⁊c̃.potest dici ꝙ in hoc est simile ꝙ sicut sba mãlis nõ põt eẽ sine q̃ttitate ita partes substãtie mãlis nõ possunt eẽ sine ptibus quãtitatis. Sed dissĩle est in alio qꝛ substãtia nõ includit in eẽntia sua aliqd̃ esse accñtale.⁊ iõ põt eẽ nã p̃or q̃ttitate.s ps sbe eiusdẽ rõis cũ alia ĩcludit in eẽntia aliqd̃ accidẽtale eiusdẽ rõis.s.eẽ pteꝫ eiusdẽ rõins ⁊ istud eẽ accñtale nõ põt hr̃e nisi mediãte q̃ttitate.ꝯcedit̃ tñ ꝙ illud qd̃ est ps sbe eiusdẽ rõnis nãliter p̃cedit id qd̃ est ps q̃ttitatis vt hoc lignũ quod est ps ligni eiusdẽ rõnis fm id ꝙ est p̃us est hac q̃ttitate sua p̃ dico nã ſ non optet ꝙ sit prius q̃tum ad hoc ꝙ est eẽ partem eiusdem rõnis.

Ad tertiaꝫ q̃ttitas ꝯtinua ẽ põ diuisa põt dici ut Sco. in pñtis ꝙ quãtitas discreta ẽ vna ⁊ ĩdiuisa.i.dũ manet in sua sp̃ẽ vñcũq̃ sit eiꝰ vnitas q̃uis mãlia q̃ subsũt illi forme sint diuisa vbi gr̃a qnarius in sua sp̃ẽ manẽs est formalr̃ ĩdiuisus.qꝛ diuisio eiꝰ pimit formã qnarij.qꝛ diuisione facta in binariũ ⁊ ternariũ nõ amplꝰ manet qnarius lꝫ mãlia vt vnitates sint sicut diuise. Uñ negandũ est illud qd̃ sumit̃ de discreto.

Ad aliã in eodẽ põt dici ꝙ actꝰ huiꝰ potẽtiꝰ est diuisibile nõ est istud ꝯtiꝰ ẽ diuisũ. Sꝫ iste ꝯtiꝰ diuidit̃.i.i fieri diuisiõis ⁊ illd̃ põt se ineẽ ꝯtinuo. Ad vltiꝰ supiꝰ inotuit.

Rões q̃q̃ pbãtes diuisibilitatẽ eẽ ꝓpaꝫ passiõeꝫ ñ ꝯuicunt cũ dr̃ p̃ illud ꝙ iest alicui pse p̃ ⁊c̃.vã est maior si fluat aut egrediat̃ a p̃ncipijs illiꝰ.⁊ sub hoc ĩtellectu mior ẽ falsa iuxta põneꝫ q̃ p nũc defendimꝰ ⁊ ideꝫ ad oẽs rationes ibidem inductas.

Ritur decimo quarto qō verū spēs q̄titatis sint ɔuenient' assignate. Et arguit' negatiue p̄mo tempus est q̄tuʒ p accidēs q̄nto metaph'ice Sed de nulla spē p̄dicat' genus p accn̄s ergo tēpus nō est spēs q̄titatis: q2 nec de eo tanq̄ de spē quātitatis agit' q̄nto metaph'ice.

Cōfirmat' tēpus est quātuʒ motū ibidē ergo mot⁹ est magis quāt⁹ ꝓpter quod vnū quodq3 tale ⁊ illud magis ꝑ posterioꝝ ergo plēs sūt spēs quātitatis q̄ coiter enumerāt'.

Amplius loc⁹ nō enūatur int' spēs q̄titatis q̄nto metaph'ice igit' uel ibi Aristo. est in sufficiēs uel loc⁹ nō est quātitas. Vn̄ ɔmētatoꝛ assignās cām quare Aristo. ibidē omittit locū inq̄t. locus nō est q̄titas ſm opiōneʒ Aristo. ſ3 tn̄ famose.

Cōfirmat' locus nō v' alia spēs a superficie. tū quia ābo ſm eē quātitatis nō differūt sed sūt vnū ⁊ idē ut. s. Thōs in tractatu de nouē gn̄ibus accidentiū. Tum etiā quia superficies ponit' in diffōne loci in abstracto sed quādo accidēs in abstracto diffinit' quod ꝑ ponit' in diffōne eius est de eius essentia vt Scotus in p̄dicamētis ergo ꝛc.

Adhuc vnius generis sūt tn̄ due species cum q̄libet eaꝝ ɔstituat' per aliq3 differētiaʒ eēntialem que tn̄ sunt due sub vno genere. ergo tres nō erunt spēs quātitatis ɔtinue pmanētis. s. linea superficies ⁊ corpus.

Cōfirmat' ps nō est spēs distīcta ɔtra tum cui⁹ est ps. Silr̄ vna spēs nō cātur ab alia sicut asinus nō cātur ab hoīe. sed linea est ps superficiei ⁊ superficies ps corpis. Superficies quoq3 causat' a fluxu linee in latum ⁊ corpus causat' ex superficie ergo ꝛc.

Ampli⁹ dimēsiones nō ponūt' spēs quātitatis ɔtinue alias eēnt plures spēs q̄ p'hus assignat. ergo a pari nec linea aut superficies erunt species ꝛc.

Confirmat' due superficies aut due linee solo numero dn̄tes eiusdem speciei possunt esse sine ſb̄a ut in eucaristia fide tenet'. ergo superficies ⁊ linea nō sūt accidētia. ɔn̄a ꝓbat' multiplicatio accidentiuʒ sub vna specie est ex pte subiecti. si. n. eēt albedo sepata eēt v⁹ tn̄ ut doctoꝛ. s. Tho. in p̄ma pte. q. lxxv°.

Scdō p̄ncipalr̄ arguit' de spēb⁹ q̄titatis discrete numer⁹ repit' in oī p̄dīto cuʒ sit trāscendēs ergo nō ɔueniēter ponit' spēs q̄titatis.

Cōfirmat' nūs p̄dicat' de p'ib⁹ dn̄tibus spē q2 de binario ⁊ ternario qui spē differūt ergo nō est spēs. p̄dicat' q̄q3 pus de binario q̄ de t'nario hoc aūt tollit rōneʒ spēi.

Adhuc si numer⁹ eēt spēs q̄titatis cāret' ex vnitatib⁹ utʒ ex diffōne ei⁹; ſ3 vnū nō est p̄ncipiū numeri cum sibi opponat' p̄uatiue x° metaph'ice.

Cōfirmat' ex nō q̄tis nō fit quātuʒ sicut ex nō ente nō fit ens. Sed numer⁹ cātur ab ab vnitate q̄ nō est quātitas ergo numer⁹ nō est quātitatis species.

Ampli⁹ spēs quātitatis h3 rōneʒ mēsure sed numer⁹ nō est mēsura ſ3 poti⁹ res mēsurata. vn̄. s Thōs in q̄olib⁹ de pō. q. ix. vnum qō est p̄cipiū numeri ɔpatad numerū siue ad m̄ltitudieʒ sicut mēsura ad mēsuratū.

Cōfirmat' nūs dicit respectuʒ mēsure ad m̄suratū. tp̄s q̄q3 est numer⁹ q̄rto p'hicoꝝ. ſ3 tēpus nō est spēs q̄titatis discrete ergo saltē nō oīs numer⁹ est quātitas discreta.

Adhuc si numer⁹ eēt spēs q̄titatis discrete. ⁊ ɔn̄r accidēs ergo esset in rebus numeratis sicut in subiecto ut cōmuniter tenetur. Sed ɔseq̄ns est falsuʒ. idem eni accidens numero nō potest esse in diuersis subiectis. Sed res numerate sūt diuerse ut. x. equi ergo ꝛc. Nec est dōm q̄ numerus sit in rebus numeratis siml' sūptis ut sunt vnuʒ p aggregationem: quia tunc numer⁹ nō esset forma vna eēntialiter ⁊ perse imo vnū accidēs per aggregationē q̄ est falsuʒ.

Confirmat' nullum accidens absolutum potest remoueri aut itroduci ab aliquo subiecto nulla mutatione facta in eo. Sed positis tantuʒ nouem rebus numeratis simul in eis nōdum est numerus denarius. sed addita vna alia re numerata seu numerabili ibi causatur numer⁹ denarius: ⁊ tamē nulla fit

mutatō in nouē reb⁹ nūeratis ꝑexīstētib⁹ g⁹ ꝙ ille numer⁹ subiectiue nō est in reb⁹ numeratis. Nec est dōm ꝙ subiectiue fundet̃ ille numer⁹ in vltima re nūerata ⁊ nō oībus simꝉ. nā si remoueret̃ pma res numerata vltima remanēte corrūpet̃ numer⁹ denari⁹. ⁊ tū nulla mutatio fit in vltīa re numerata g⁹ illud accidēs absolutū nō fuit ibi subiectiue. Nec iteꝝ dōm est ꝙ esset subiectiue in vltia vnitate formalit̃ ɔsiderata. qꝛ tūc ꝗtitas sbiectiue eēt in quātitate ⁊ mēsuratū in mēsura cū numer⁹ ad vnitatē ɔpet̃ sicut mēsura ad mēsuratuꝫ. Nec dōm eēt ꝙ numer⁹ subiectiue sit in vltīa re numerata nō absolute sūpta sed p ɔpatiōnē ad ꝑores res numeratas. qꝛ cū q̄libet res numerata possit eē vltīa diuersimode ichoādo nūerare ut pꝫ sequit̃ ꝙ numerus erit subiectīe in q̄libet re numerata ⁊ ɔñr in diuersis subiectis quod est īpossibile. ergo numerus nō est in aliq̄ subictō nec accidēs ergo nec spēs ꝗtitatis ꝙ erat ðducēdū.

Tercio ꝑncipalit̃ arguit̃ de oōe ꝙ nullo mō sit ꝗtitas: qꝛ nec oōo in scripto. illa. n. est sba nec oōo in mēte. qꝛ illa est in nō quātitate ⁊ neutra mēsurat perse ⁊ Aristo. in pñtis de neutra baꝝ exponit se intelligere nec oōo in voce. quia illa est pse sensibilis cū sit voꝝ que est in 3ᵃ specie quātitatis.

Confirma⁹ oōo nō est quātitas discreta: quia breue ⁊ longum sūt differētie ꝗtitatis ɔtinue. sed oōo mēsurat̃ ꝓm has differētias mēsurat̃ enim sillaba lōga ⁊ breui in ꝑdicamentis quare ꝛc.

Ampli⁹ oōo nō differt a numero ergo ꝛc. añs pbat̃. qꝛ in nulla dñtia specifica videt̃ differre ab eo.

Confirmat̃ oōo nō ponit̃ spēs ꝗtitatis qnto metapbice ergo uel pbus est diminut⁹ uel oōo nō est spēs quātitatis.

Adbuc illud ꝙ est de gñe successiuoꝝ ptinet ad ꝗtitatē ɔtinuā: qꝛ ɔtinuū diuidit̃ in pmanēs ⁊ successiuū. ꝭ oōo est de gñe successiuoꝝ in ꝑdicamētis ergo magis est species quātitatis ɔtinue quā discrete.

Cōfirmat̃ mēsura est subiectīe in mēsurato. sed oōo nō est mēsura aeris ergo nō est sbiectiue in aere.

In oppoᵐ videt̃ pbus qnto metapbice. Multitudo qdē ꝗtuꝫ aliqd si numerabilis fuerit. magnitudo aūt si mēsurabiꝉ fuerit. dr̃ aūt mltitudo qdē diuisibile ptāte in nō cōtinua ꝛc. Magnitudis vero q̄ qdem ad vnuꝫ ɔtinua lōgitudo. q̄ aūt ad duo latitudo. que aūt ad tria ꝓfūditas. Sed lōgitudo linea. latitudo supficies: ⁊ ꝓfūditas corpus.

Ampli⁹ de loco ꝙ sit ꝗtitas videt̃ snīa pbi in pñtis. qd̄ arguit̃. locus est pse mēsura ergo est ꝗtitas. añs ⁊ ɔña patēt: qꝛ sic arguit Aristo. de oōne ibidem.

Adbuc ꝓprie ꝓpriuꝫ nō iuenit̃ ext̃ illud cui⁹ est. Sed ꝓprie ꝓpriū est ꝗtitati ut ꝓm eam aliqd equale uel inequale dicatur. boc aūt ɔuenit loco ergo ꝛc.

Cōfirmat̃ locus est pse diuisibilis ergo locus est quātitas.

Amplius de numero ꝙ sit ꝗtitas pꝫ vᵒ. metapbice. Multitudo aūt ꝗtuꝫ aliqd si numerabilis fuerit. ⁊ in pñtis: qd̄ vō numerus sit in reb⁹ numeratis arguit̃ accñs subiectie repitur in eo qd̄ denoiat denoiatione intinsece. Sꝫ numer⁹ denoiatiue ⁊ intīsece ꝑdicatur de reb⁹ numeratis ergo ꝛc.

Ultīo de oōne arʳ mltitudo ē spēs ꝗtitatis discrete vᵒ metaᶜᵉ. Sꝫ oōo ē mltitudo q̄dam ex ptib⁹ indiuisibilib⁹ ɔgregata g⁹ ꝛc.

Cōfirmat̃ cuicūqꝫ ɔpetit rō mēsure illud est ꝗtitas. sed oōni ɔuenit ratio mēsure ut in ꝑdicamētis ergo ꝛc.

Propter primum

qdē b⁹ qd sit ꝗtitas qōe satꝭ. īnotuit ꝑeūte. q̄ aūt sint ei⁹ spēs 2ᵃ ⁊ 3ᵃ venabit̃ doꝝ.

Propter secundū

qdē b⁹: qꝛ pbus in pñtis ponit tēp⁹ eē spēm ꝗtitatis pse. ⁊ i qnto mēᶜᵉ dicit temp⁹ esse ꝗtitatē p accñs. Sciēdū ꝙ. s. Tho. id declarās qnto mēᶜᵉ. ⁊ i libello de. ix. gñib⁹ accñᵗᶦᵘᵐ caplo scdo. inqt Aristo. illud fecisse in pñtis quia ibi distinguūt̃ species quantitatis ꝓm

diuersas rōnes mēsure. aliam vero rationez h3 tēpus q𝔡 est mensura extrīseca ⁊ magnitudo que est mēsura intrīseca ⁊ ideo ponit̄ ibi tēpus ut alia spēs q̄titatis. Sed q̄nto metaphīce ponit̄ tēpus spēs q̄titatis q̄tū ad ip3 esse q̄titatis. ⁊ iō illa que nō habēt eē quātitatis nisi ab alio nō ponit phus hic spēs q̄titatis p se. s3 q̄titatis per accidens ut tēpus ⁊ motū. Ex q̄bus seq̄tur q𝔡 tēpus nō est species q̄titatis p se metaphīce loquēdo q𝔡 qualiter v̄itatē habeat declarat̄. Aliqd. n. ↄuenit alicui p accidēs dupl'r vno mō ut p accidēs distinguit̄ ↄtra p se ⁊ p alterū sicut albū dicit̄ q̄tū3 p accidens ⁊ sil'r musicū3 quia accidit alicui q̄to. Ex hoc. n. q𝔡 sūt accidētia alicui⁹ subiecti quod est q̄tū3 dn̄tur quāta. Scdō ↄuenit aliqd alicui accidēs ut accidēs nō distiguit̄ ↄtra p se. s3 ut p accidēs idē est q𝔡 alterū sicut risibile ↄuenit sor. p accidēs. i. p alterū siue p se scdō. Primo aūt istoꝝ modoꝝ tempus nō est q̄titas p accidēs alias eni3 nō eēt spēs q̄titatis cū genus p se p̄dicetur de suis speciebus. Sed scdō mō tempus est q̄titas accidēs. i. p alteꝝ quia p se non p̄mo sed scdō mō. quare. s. Thōs q̄nto metaphīce hec nō solū p accidēs q̄titates dici possūt sed magis p posteri⁹ inquātu3 q̄titatis rōnem aliquo p̄ori sortiūt̄. quia ergo motus ⁊ tempus diuidunt q̄titatem ad diuisionem alicui⁹ alteri⁹ q̄titatis ideo dicuntur q̄ta ⁊ ↄtinua. quia ea quoꝝ sūt passiōes sūt diuisibilia ⁊ ipa diuidunt̄ ad diuisionē eorū. tempus. n. est diuisibile ↄtinuū pp̄ter motum. mot⁹ aūt pp magnitudiem.

De motu aūt dōm apud hāc doctrinam q𝔡 quia rō mēsure nō ↄuenit motui se sicut ↄuenit tpi ideo nō ponit̄ spēs q̄titatis p se: nec in p̄ncis nec q̄nto metaphīce.

Locus v̄o ut. s. Thōs in tractatu de loco circa finem ⁊ q̄nto metaphīce ⁊ tractatu de. ix. generibus accidētiu3 ca° scdō ↄsiderari pōt dupl'r. vno mō in rōne mēsure ⁊ sic est spēs q̄titatis distīcta a supficie ⁊ p ↄn̄s ab alijs. Nā locus mēsurat locatū extrīsece: supficies v̄o intrīsece. Alio mō pōt ↄsiderari locus fm suū esse ⁊ sic nō ponit̄ species distincta a supficie cum ipse sit supficies corporis ↄtinētis: ⁊ quia logicus ↄsiderat q̄titatem ī rōne mensure iō locus ibidem ponit̄ spēs. Metaphisicus autem cōsiderat eam fm [illegible] iō q̄nto metaphīce non ponit̄ a phō species quare sanct⁹ Thōs in eodem tractatu. Ideo in p̄dicamētis locus ponit̄ spēs q̄titatis nō autem in metaphīsica. quia loc⁹ hab3 alia3 rōnem mēsure. locus aūt mēsurat locatu3 in quo locus nō est ut in subiecto. supficies v̄o mēsurat rem in qua est ut in subiecto. S3 locus nō habet aliud eē a supficie imo est ipsa corpis ↄtinentis superficies siue vltimu3 ut dicit̄ in quarto phicoꝝ.

Utrū autē locus sit species q̄titatis fm essentiā suam distīcta a supficie. Dicendum videt̄ ut. s. Thōs ibidē q𝔡 ex quo locus nec est materia neq3 forma neq3 spaciū intra terminos corpis ↄtinentis seq̄tur q𝔡 est termin⁹ corpis ↄtinētis imobilis.

Ultimū vero seu termius aut supficies cōporis ↄtinētis uel ↄsiderat̄ mālit̄ ⁊ absolute fm. s. q𝔡 est supficies hui⁹ uel illi⁹ corpis ↄtinētis: ⁊ sic nō habet rōem loci. Alio mō p ↄpationē ad situ3 quē habet ad totū corpus p̄mū celi quod ē p̄mu3 ↄtinēs ⁊ sic supficies corpis ↄtinētis habet rōem loci ut. s. Thōs ibidē. Ex q̄bus dicendū videt̄ q𝔡 locus essentialit̄ differt a supficie p̄mi corpis ↄtinentis licet sit idē mālit̄. tū p̄mo q3 ambo ↄstituūtur diūsis rōibus formalib⁹ ⁊ eētialib⁹. Unde sanct⁹ Thōs ibidē vltimū ↄtinentis. ut mēsura est intrīseca ↄtinentis dicitur supficies. vt autem mēsura ↄtenti ⁊ locati est extriseca dicitur locus. Ideo locus ⁊ superficies licet sint vnum materialit̄ quantum ad id q𝔡 quodlibet est vltimū ↄtinētis tamen diuerse sunt species ↄstitute p diuersas rōnes formales. Nec obstat sententia sancti Thōe secūdo sentētiaꝝ dis. xij°. q̄ōne vltima dum inq̄t q𝔡 locus est ide3 p essentia3 q𝔡 supficies corporis locantis quia ibidē accipit locum pro suo mat̄iali nō autem pro suo formali. iō licet sint idē mālit̄ differūt tn̄ formalit̄.

q͛ scđo arguit͛. q₂ ex opposito illius seq̄ret͛ q̄ diũsitas supficiez̄ ipediret vnitatez loci quod ẽst falsũ.ɔña p₃ q₂ ab eodez habet res q̄ sit ⁊ q̄ sit vna iiij° metaphice ⁊ in pria pte qõe.lxxvi.ɔñs tñ est falsũ.vñ.s.Thõs i tractatu de loco. Quod aũt diuersitas supficierũ nõ ipediat vnitatẽ loci p₃. q₂ vni locato fm numerũ corñdet vnus loc⁹ fm numerũ simul ⁊ semel. S₃ bacul⁹ vnus dimidi⁹ existens i aqua ⁊ dimidius in aere est aliq̃d vnũ locatũ fm numeruz ergo est in aliq̃ vno loco fm numerũ ꝫ est in diũsis supficieb⁹ aeris ⁊ aque ergo diuersitas supficierũ nõ impedit vnitatẽ loci. Et in eandẽ sniaz coicidit etiaz Sco.in p̄ntis cũ inq̄t locus nõ est necessario ɔtinu⁹ sed nihil differt ad vnitatẽ ei⁹ supficies eẽ ɔtinuatas si idẽ locet͛ a diuers̄ corpibus ɔtiguis vel supficiẽ vnã ɔtinuaz qñ locatũ locatur in vno locãte. Unitas ergo loci accipiẽda est fm ordiem ⁊ situz ad p̄muz locãs.imobilitas vero licet nõ sit formale loci est tñ aliquod ɔcomitãs eius formale ⁊ similit͛ v̄tus ɔseruatia. Cũ aũt dicit͛ q̄rto phicoz̄ q̄ locus est imobilis p se ⁊ p accñs hoc v̄itatẽ h₃ de loco q̄tuz ad suũ formale quod est ille ordo ⁊ sit⁹ p respectũ ad p̄muz locãs q̃d est celũ. Ulti⁹.n.corporis vt vltimũ est nõ est locus ꝫ ut h₃ ɔpatiõem ad p̄muz locãs ⁊ fm hoc est imobilis nec tale fõmale loci subiectiue fũdat͛ in corpe locãte₃q₂ tũc accidens migraret de subiecto in subiectũ. Sed est i primo locãte subiectiue ⁊ in locatis sicut in mẽsuratis ⁊ in alijs locantibus sicut in mensuris scđarijs. ⁊ licet celum sit mobile fm ptez nõ tamẽ fm se totũ fm q̄ est locãs continẽs ⁊ ɔseruans ꝛc.

Nosce tñ optet q̄ distãtia siue ordo in loco sũpta p formali loci nõ est relatio.ꝫ quãtitas subiectie existẽs in celo uł in medio fluminis p respectum ad totum flumẽ. Sũpta autẽ p relatione diũsitatis localis tunc subiectiue dicit͛ esse in illa pte aque de nouo distante ⁊ ibi causat͛ de nouo quãtuz ad eẽ cõpletuz nõ tamen quo ad eẽ fundamẽtaliter.

Phus autez nõ facit mentionez de loco q̄nto metaphice nõ quia loc⁹ nõ sit vera species quantitatis. Sed ad denotãdum q̄ nõ eodem mõ species a philosopho p̄mo ɔside rantur ⁊ a logico:nec negare videt͛.s.Th. q̄ non sit species quãtitatis realiter. Sed q̄ nõ ponitur a metaphico species pp̄ter rationem dictam.

De numero aũt nõ transcẽdenti quia de trãscẽdenti diffuse visũ fuit in quarto h⁹.q. iiij. S₃ p̄dicamẽtali q̄ cãtur ex diuisiõe ɔtinui q̄dã simpl̄r ꝑtulere ut Fran.de mayrõis q̄ est forma respectiua. Cũ p̄mo q₂ nullũ absolutuz fundat͛ in respectiuo. Sed numerus fundat͛ in respectiuo.nam si diuidatur continuũ albuz nõ soluz causat͛ numerus respectu ɔtinui uel etiam respectu alboz̄ sed etiã causatur numerus in similitudinib⁹ illis ⁊ sitibus qui numerus similitudinũ est forma respectiua.tum etiaz quia oẽm formã absolutam accidẽtalem potest deus a subiecto separare. Sed itellectus nõ capit numerũ posse a subiecto separi ergo ꝛc. Tum tercio q₂ angelus nõ potest facere formam absolutaz sed numerũ põt cãre ergo ꝛc.

Amplius nihil formaliter vel essentialiter aliud distingui t nisi ei oueniat in primo mo dci per se vt satis ostat. s terminus non est in primo modo dicedi p se respectu relationis. tum qz non est de intrinseca ratioe eius. tum etia qz nulla species pfecte in aliquo genere potest ouenire spei alterius generis in primo mo dci pse. otingit aut terminu relatiois aliqn esse substantiam ergo etc.

Confirmatur corrupto extremo relatio potest manere igitur etc. ona patet et antecedens pbatur. nam destructo hoc filio paternitas potest manere alio filio remanente ad que paternitas habebit depedetia ergo etc

Adhuc generalissimu pdicameti relationis qd est relatio non het terminum et tn distinguitur essentialiter a quolibz alio gnalissimo cuz pdicameta essentialiter sint ipmixta vt innotuit igitur etc. assumptuz pro prima parte probatur. qz dato opposito sequeretur q generalissimu pmi relationis essent duo gnalissima eque pma q est falsum g° etc

Amplius q ex distictioe pricipiorum essentialiuz relatio no distinguatur arguitur essentialior est habitudo relatiois ad terminum q ad suum supius qz sine termino no pot cocipi et tn sine supiori potest. Dubium eniz est de actione vtruz sit in genere rlatiois vel non s a termino relatiois no sumitur essetialis relationu distinctio vt ex argutis innotuit ergo nec ex distinctioe sui supioris qd est pncipium essentiale constitutiuum.

In oppositum tn arguitur. a quibuscuqz relatio essentialiter depedet. ab eisdez essentialr distinguitur. cu eadem sint pncipia essendi et distinguedi. Sz relatiois a fundameto est tanta depedetia vt otradictioez includat relatioez intelligere no psupposito fundameto vt deducetur. Depedentia quoqz relationis a termio tanta est vt sine termino ipa no possit ocipi vt declarabitur. consimiliter dicatur de habitudine relationis ad sua principia essentialia igitur etc.

Propter primum quidem hui' qd sit distinctio essentialis videbitur in questioe de pluralitate distictiouz qd aut sit fundametu relatiois dictuz est. q. decimaseptia hui' qnti. Per terminu autez relatiois audio extremu relatiois natuz ter-

minare dependentiã seu habitudiẽ formalr relatiõem importatã. Extremũ aũt tale ali quã est entitas absoluta. vñ Sco. v° metha phisice rlo potest terminari ad absolutũ qd videtur qz dependentia est ad independens tũ etiã qz sicut illud in quo. i. fbm est pus rela tiõe ex vii° methaphisice ita illud ad qd. i. extremũ. tum etiaz qz sic potest saluari ari stoteles d scibili et sciẽtia tũc nunq pse dicit ad correlatiuũ inqtuz relatiuũ. tunc nũq re latiuũ ad illud ad qd sil natura s ad qd pº est relatio inqtuz relatio. qz est ad qd illud depẽdet nõ econuerso. et sine quo non est ad. s econuerso. Nunc aũt fmonem dilucidans in quolibetis inqt in tertio mõ relatiuoz sic conceditur relationẽ esse in sba alteri extre mi tunc sicut in duob pmis modis ocedit relationem esse in sba vtriusq extremi. vnde dicit ibi comẽtator relatio est duobus mo dis aut relatio est i sba vtriusq extremi re lati aut in substantia alterius tantum. nunc aũt i duob primis modis nõ includit rela tio essentialiter i vtroq extremo. pmo vtrũ que fz se e absolutũ. s dicitur ibi relatio esse in sba vtriusq extremi vt in fundamẽto pro ximo siue ratiõe fundãdi et sic in tertio mõ est tm in substãtia alteri extremi. Hoc pla nius habetur in alia trãslatiõe vbi sic habe tur fm nnmez et potẽtiam dicta ad aliquid omnia sunt ad aliqd eo q ipm q quid est al teri dicit ipz q est. s nõ eo q aliud ad ali ud mẽsurabile vo et sensibile et intellectuale eo q aliud ad ipm dicit ad aliud dicuntur

Uult dicere q relatiuũ pmis duob mo dis pse dicitur ad aliud et nõ tantũ eo q ad aliud refertur ad ipz: in tertio mõ tm e vnuz extremuz pse fundamtũ relatiõis reliquũ vo dicitur ad aliud solũ qz aliud e eius. quod aũt relatio terminet ad absolutũ deducitur ratiõib. pmo relatiua tertij mõi dicũtur ad aliquid qz alia sunt eoz. alteꝝ eniz pcise re fertur ad reliquũ. s reliquũ non refertur. sed tm est ei. ergo qualescunq sunt ille q sunt in vno extremo nõ oportz alteꝝ extremũ secun duz aliquã relatiõez i eo termiare illas rela tiones s potest termiare precise sub ratione absoluti.

Confirmatur philosophus nono methaphi sice pbat q actus est prior potẽtia diffinitio one. qz potẽtia diffinit p actũ si aũt actus re fereret ad potẽtiã econuerso tunc actus diffi niret p potẽtiã. in relatiuis eni mutuis neces se est in vtroq rõib vtrozũq vti põphirius capitlo de spẽ. primo ergo diffinit act potẽ tiã et ecõuerso. nõ diffinit p ipaz. et pseqns act nõ refertur ad potẽtiã. s est mere absolu tuz et hoc sub eadez ratione sub qua diffinit potẽtiãz diffinit aũt potẽtiã inqtuz potẽtia e ad ipz vt ad termiuz ergo actus fm q e me re absolut est termius hui relatiõis quali cunq sit illa relatio siue simplr siue fz quid. vñ Scot id generalr ocludens de omnib relatiuis primo sententiaꝝ dis. 30. inqt. Hoc etiã pbat generalr oia relatiua qz relatiuũ inqtũ relatiuũ primo diffinit p terminũ ad quẽ refert ergo termius vt hui e prior dif finitiõe relatiuo vt relatiuũ ons patz ex vii° methaphisice vbi opat accñs ad sbaz et no no methaphisice vbi opat potẽtiã ad actum si ergo termius vt termius opat ad rlm in qtuz rlm ergo inqtũ termius respicit relati uum diffinitiõez et p ons p priore fm diffi nitiõez ergo pater essz prior filio fm diffini tiõem et ecõuerso impossibile est aũt circulũ esse in prioritate essentiali quacũq. impossi bile est ergo patrẽ prio referri ad filiũ inqtũ fili refert ad patrẽ ergo refert ad aliquod absolutũ primo qd e pximũ fundamtuz re latiõis. et illd absolutũ est prius patre vt pa ter est. et ecõuerso filius vt fili refert ad ab solutuz qd est pximũ fundamtum paterni tatis et illud absolutũ prius est filiatiõe et fi lio inqtũ filius. Et fm hoc est circulus vt q patre pri sit. A. q est absolutũ pximũ fun damtuz relatiõis filiatiõis et q filiatiõe inq tuz filiatio est pri sit. B. qd est pximũ fun damtuz rlatiõis paternitatis. nihil enim ex hoc sequit nisi q ista duo absoluta sunt pri ora duab relatiõib et hoc vnz e pmo am bo absoluta sunt priora vtraq rlatiõe possi

bile ergo est aliquid referri ad absolutum. Confirmat͂ nam lic; intellect⁹ possit negociari circa terminu; alic⁹ relatiōis tertij modi ꝛ in illo mō cāre rōne; rōnis. tm̄ illa non est ratio termiandi lic; eni; intellect⁹ aliqs ꝯferat quadraturā circuli ad sciētiā cāndo in illo absoluto rōne; ratiōis q̄ est scibilitas. tm̄ ista nō ē ratio termiandi rlatiōe; scie ad istā cū ista rlō nō sit in illo absoluto nisi vt actu ꝯsiderat͂ ab intellectu. Ex qb⁹ patet q̄ bñ ex fūdamētis Scoti admittēda sit distictio eoru; q dicūt ꝙ rlō aliqñ fundat͂ in absoluto ꝛ terminat͂ ad absolutū sicut rlō similitudinis int͂ duas albedies aliqñ fūdat͂ in respectiuo ꝛ termiatur ad respectiuū sicut distinctio inter duas similitudines vniuersales ꝛ specificas. aliqñ fundat͂ in absoluto ꝛ terminatur in respectiuū sicut prioritas q̄ fundamētū dicit͂ esse pri⁹ relatiōe fundat͂ qde; in absoluto ꝛ termiat͂ ad respectiuū. aliqñ ecōuerso sicut posterioritas rlōnis ad fundamētum. Ex qb⁹ vlteri⁹ pat; q̄ male ipugnent qda; ꝯtemnētes doctrinā minoꝝ dicētes ꝙ termin⁹ intrinsec⁹ rlōnis deb; esse eiusdem generis cū relatiōe. S; nullu; absolutū est eiusdem generis cū relatiuo ergo nullu; tale intrinsece potest termiare relationem. refert͂ eni; vt dicūt pater ad filiū tāq̄ ad termīu; sue dependētie nō aūt ad potētia; passiuam filij vt ad genitū esse q2 rlō īcludit in sui ratiōe oppositiōe; relatiuā vt ascribunt. s. Tho. S; oppositio relatiua termiatur ad opposita rlatiua ꝛ nō ad fundamētu; imediate et tāq̄ ad terminū ꝓximū iō rlō intrinsece termiat͂ ad rlm q̄q̄ extrinsece ꝛ ex ꝯñti termiet͂ ad absolutū affirmant eni; falsa pp qđ nimirū si falsa ꝯcludunt. Principia aūt rlatiōis essentialia sunt rōne; formale; rlatiōis ꝯstituētia eide; in p̄mo° dōi ꝑse ꝯuenientia.

Propter secūdum quidem hui⁹ Ex fundamēto. s. doctoris coīt͂ tenet͂ ꝙ distinctiōe numerali relatio sicuti ꝛ alia accñtia singularia distiguit͂ ad distinctiōe; sui sibi excepta q̄titate q̄ i gñe ꝓprio h; ꝓpriū idiuiduās. ꝓpea i sacramento altaris ponit͂ q̄titas s̄bm alioꝝ accñtiu; apud theologos. Distictiōe vō specifica extrīsece ꝛ causalr distiguīt͂ rlōnes distictiōe suaꝝ cāꝝ q̄cūq̄ eni rlōnes hñt diuersas cās s; spēm videnť distigui fm spēm ꝛ ē sententia. s. Tho. i 3ª. pte. q. xxxvª. arti°. v°. i corpore dicētis s rōne ꝯsiderāti appar; eadē relatiōe referri vnūq̄q; ad suū patrē ꝛ matrē pp vnitatē cē eadē eni natiuitate nascit͂ ex patre ꝛ matre vñ eadē rlōne ad vtrūq; refert͂ ꝛ eade; ī ratio de magistro q mltos discipl'os docet eande; doctrinā. ꝛ de dño q gubernat diuersos subditos eadē potestate. Si vō sint diuerse cause spē differētes ex ꝯñti vident͂ ēt rlōnes spē differr͂. sicut si aliqs ē aliquoꝝ magister in grāmatica: ꝛ alioꝝ in logica. alia ē ratio magistri vtriusq; ꝛ iō diuersis rlōnib⁹ vn⁹ ꝛ idē hō pōt esse magister diuersoꝝ vl' eoꝝūdē fm diuersas doctrias hec. s. Tho. Nota tm̄ ꝙ cause rlōnu; qñq; sunt diuerse fm numeꝝ q̄ tm̄ sunt eiusdē spēi. ꝛ pp tale; diuersitatē nō accidit diuersitas specifica rlōnū. vñ ibide; inqt. s. Tho. ꝯtingit aūt qñq; ꝙ aliqs hēt rlōnē ad plres fm diuersas cās eiusde; tm̄ spēi sicut cū alqs est pater diuersoꝝ filioru; fm diuersos generis act⁹. vñ paternitas nō spē differt cū act⁹ generatiōu; sint idem spē. Nec ē inꝯuēiens vnā rlōnē i spē ꝛ ēt in numero termiari ad diuersos termīos sicut vna filia° termiat͂ ad paternitatē ꝛ ad maternitatē vnū eni ꝛ ens se ꝯsequūt͂. iiij°. metha. ꝛ iō sicut ꝯuenit ꝙ in vno extremoꝝ rlō sit qdam ens in alio aūt nō sit ens nisi secūdu; rōne; tm̄ sicut de scibili ꝛ scia phs dicit i v° methaphisice ita etiā ꝯtigit ꝙ ex pte vnius extremi est vna rlō ex pte aūt extremi alterius sunt mlte rlōnes sicut in hominib⁹ ex pte parētū inuenitur etiā rlō vna paternitatis ꝛ alia maternitatis q̄ sunt spē differētes pp hoc ꝙ alia rōne pater ꝛ alia rōne mater est generatiōis p̄ncipiū. Si vō essent plres eadē ratiōe p̄ncipiū vni⁹ actiōis puta cū mlti simul trahūt naui; in oib⁹ ess; vna ꝛ eade; rlō ex pte aūt ꝓlis ess; vna sola filia° scđm rem. s

duplex scdʒ rōnē; igitu; correspōdet vtrīqʒ rlōni parētum scdm duos respect⁹ intellect⁹ vñ maioris grā disciplīe idē.s.Thomas.in quolibetisq̄libeto pmo.q.pª.arti⁹.ijº.inqt. relatio hēt q sit res nature a sua cā pp quā vna res hēt naturale; ordinē ad alterā. Ex eodem aūt hēt aliqd q sit ens ⁊ q sit vnum ⁊ idō ɔtingit q sit vna relatio ⁊ realis tm̄ pp vnitatē cāe sicut pat; ð equalitate.pp eni; vna; q̄titatē est in vno corpore vna equalitas q̄titatis tm̄. s; respect⁹ plres scdʒ quos diuersis corporib⁹ dz esse eq̄le.Si aūt scdʒ omnes illos rspect⁹ mltiplicarentur relōnes reales in vno corpore essent infinita accñtia vl indetermiata hec.s.Tho· ⁊ in opinione sua mltum gloriose.

S; contra hanc determiatione; inuehit̄ qcqd sit de alijs accidētib⁹ saltem absolutis de qbus dicetur in .vijº.q2 nō oport; oīa in dubiū reuocare vbi suppositis dictis cōmunib⁹ ppositu; pōt declarari vt inqt.Sco·in quolibetis.q.iiijº.Spēaliter arguit̄ q distinctione numerali relatio non distiguat̄ distinctōe sui sbi quelib; relō singlris seipa formaliter est incōmunicabilis.qð aute; se ipo formalr est incomūicabile se ipo formalr a quocunqʒ comūicabili est distictum. gº relatio a quo hēt suam realitatē qua formalr est incomūicabilis ab eo hēt distictionē. Assumptū aūt pncipale lic; mltiplicit̄ possit pbari ad pseus tm̄ sic deducit̄ nullu; ens est singulare formalr p aliqd alteri⁹ generis sicut eni; in quolib; genere est inuenire supmum in coordinatione illi⁹ generis pmū pdicabile dictū ⁊ omnia media genera ⁊ spēs ita est inuenir aliqð infimū pse ī illa coordinatiōe vltimū subicibile appellatu; de quo oīa pdicētur ⁊ ipm nō de alio.relatio ergo qñ ēt est in sbo ñ est hec formalr p q̄titate; ergo si sbm est ▬ singularitatis est solum causa extrinseca.

Amplius q relatio icomunicabilis q̄ singularis est non distinguatur p sb; in quo est arguit̄ q2 nō repugnat duas relatiōes pmo generaliter duo accñtia solo numero distincta in eodem posse fundari sbo cui⁹ opposi-

tum asserunt pdicatores gº.⁊c.antecedēs arguit̄ q2 in omni ordie essentiali cu; vnitate prioris essentialit̄ stare pōt pluralitas posterioris naturaliter non pse nec adequate inherētis pori.s sb; ē prius essentialr relatiōe ⁊ quocūqʒ accñte sibi inherēte nec pse illi inheret nec adeq̄te gº cu; vnitate sbiecti singlari stare pōt pluralitas relationū singlariu;. maior pbat̄ p simile in cā ⁊ effectu.q2 vna cā pōt esse respectu pluriū effectuū.⁊ lic; ibi effect⁹ nō insit cāe.nō tm̄ est maior repugnantia in illis posteriorib⁹ q2 inherēt si tm̄ pse inhereāt q̄ in alijs q̄ pse existūt.q2 tū c vnū nō est cā intrinseca alterius ita q ad vnitatem eius seq̄tur vnitas alteri⁹ ⁊ maxie si nō sint adeq̄te.ita q vnū istoꝝ in actualitate cōmunicata tēmiet potētialitatē rceptiui nō ē ɔtradictio plres relatiōes pmo generalr plra accidētia eiusde; ratiōis inesse eide; cui nullū eoꝝ adequat̄ ⁊ ɔseq̄nter distinctio illoꝝ nō est p distinctionem subiecti.

Secūdo arguitur q eade; relatione non referat̄ vnūqʒqʒ ad suū patrem ⁊ matre; ex pte termioꝝ relationis q2 ad duos termios non pōt esse eadem relatio q2 tunc eadem simul ess; ⁊ nō esset.

Confirmat̄ si relatio vnaeēt ad patre; ⁊ matrē hoc ess; pp vnitatē fūdamēti liū sit natiuitas āt passiua gño.s arguit̄ q ñ q2 nullū pus essentialr trabit vnitatē ab aliq̄ posteriori.s por ⁊ intimior est habitudo relōnis ad termiu; q̄ ad fūdamētu; vt pul cherrime ifferi⁹ māifestum fiet gº in illo pori erit relō nō vna vnitate fundamēti.s plures pluralitate termioꝝ ⁊ ɔseq̄nter vna relatio nō termiabitur ad pre; ⁊ matre;.

Ampli⁹ correlatia sunt simul natura ita q destructo vno destruit̄ ⁊ reliquū gº destructa hac filiatiōe i hoc filio destruet̄ hec patēnitas in hoc pre cū gº remaneat pater respectu scdi filij mortuo pmo seq̄t̄ q alia paternitas fuit ad scdʒ filiū ab illa q̄ fuit ad pmū nā nulla noua relatio aduēit p hoc q pm⁹ filius corrūpit̄.sicut nec noua generatio aduenit ponēdo q scdʒ fili⁹ fuiss; genit⁹ viuente

primo filio.

Confirmat̃ q2 sicut paternitas fundatur super genuisse vt paulo post videbit̃ ita hec filiatio sup hoc genitũ ẽe g° pater hac paťni tate p̃mo respicit filiũ hac filiatione.

Adhuc qñ aliqd est aliq̃ vltimate tale ñ põt illõ manere in ipo nisi ipm hñs illud sit ipo tale. sicut nõ põt albedo manere i supfi cie nisi ipa supficies sit alba ⁊ maxie si supfi cies sit vltimate alba albedine. Sȝ relatio ẽ entitas q̃ eaȝ hñs est vltimate ad aliõ igit̃ nõ põt manere eadẽ in eo nisi illõ in q̃ mans sit illa ad aliud g° nõ manet eadem paterni tas destructo illo termio ad quẽ hñs dicitur formalit̃ tale illa relatione.

Confirmat̃ q2 paẗ aliq̃ mõ respicit hũc fi liuȝ ⁊ illuȝ aut g° alia ⁊ alia relatiõe ⁊ hẽtur ꝓpositũ. aut alio ⁊ alio respectu eiusdem tñ relatiõis. iterꝫ hẽtur ꝓpositũ q2 illi respect⁹ erũt eiusdeȝ rõnis nõ distincti a relatione q2 ponere talia duo est supfluũ g° ideȝ est dicẽ respectum plurificari ⁊ relatiõeȝ plurificari qõ est ꝓpositũ. quãtuȝ aũt hec ɔtra doctri nam. s. Tho. ɔuicant quarto apparebit di cendoꝝ in fine.

Propter tertium quidem huius primit⁹ vitas q̃siti manifeste tur. scdo an relatio vna ▪ alterã sit diffinien da ⁊ piter relatiuũ p correlatiuũ. De primo doȝ. primo q relatio incõmunicabilis siue singularis sicut seipa formaliter ẽ res ita se ipa formaliter ẽ distincta ab opposito q p baẗ. q2 illõ q̃ aliqõ ens hẽt formaliter entita teȝ eo tãq3 fundamẽto ꝓximo vnitatis ẽ vnũ vnitate correspõdente tali entitati. ⁊ p conse q̃ns distinctũ a q̃cunq3 ente illã entitatem ñ habẽte. Sȝ relatio incõmunicabilis formalı ter est res i actu extra suã cãm se ipa g° ꝛc. ⁊ ad hãc ɔclusiõeȝ ɔfirmandaȝ adducãt̃ non nulla ɔtra p̃cedentem opinionem inducta. Dicendum scdo q relatio quecunq3 de gene re relationis radicaliter hẽt a fundamẽto q sit res ⁊ ab opposito distincta. q ꝓbatur q2 ab eo radicaliter hẽt relatio suã entitatẽ vni tatem ⁊ ɔsequenter ab opposito distinctio nem q illi necessario p̃supponit̃ tãq3 p̃us na tura ⁊ sine q̃ relatiõem esse implicat ɔtradi ctiõem. patet ista ꝓpositio ex terminis. Sȝ fundamẽtuȝ est hui⁹mõi respectu reĺonis p̃ce dit eniȝ naturaĺr reĺonem. vñ Augusti. vij°. de trini. qõ nihil est in se nihil ẽ ad aliud. q̃ Sco. v°. methaphisice. relatio dependet ab eo i q̃ est ⁊ nõ ecõuerso igit̃ illõ in q̃ est ẽ p̃⁹ natura. destruit̃ g° ex ei⁹ destructione ⁊ non ecõuerso. relatiõeȝ ẽt esse sine fundamẽto ɔtra dictiõeȝ implicat. vñ Sco. in quolibetis. q. quarto ɔtradictio est similitudineȝ esse. ⁊ nõ esse fundamẽtuȝ. ⁊ i. iiij°. sentẽtiaꝝ. dis. xij^a. ɔtradictio est q p se respect⁹ sit sine subiecto ⁊ hoc actu ita scilicȝ q nõ actu inhereat sub iecto extẽdẽdo subiectuȝ ad fundamẽtum qõ põt dici ꝓximũ subiectũ respect⁹. ⁊ in quoli betis iterꝫ iqt. non est ɔtradictio albedinem esse sine cõpatione ad supficieȝ. est aũt ɔtra dictio similitudieȝ esse sine cõpatiõe ad fun damẽtuȝ. ⁊ iõ illa cõpatio non est eadeȝ albe dini. ista aũt est eadem similitudini nihil ãt aliud est similitudinẽ esse q̃ habitudineȝ h⁹ ad hoc. nec tñ dico q relatio ad qcunq3 cõ pet̃ se ipa cõpet̃ q2 põt ɔpari relatione rati onis q̃ non est ipa ⁊ forte realiter alia a se si cut ꝓportionabilitas fundat̃ in ꝓportione. Sȝ h dico q relatõ seipa ⁊ non a ɔpatione ɔpatur. si tñ ɔpetur ad qõcunq3 sine quo est ɔtradictio ipam esse. Et si instetur si relatio nem esse sine fundamẽto ɔtradictionem inclu dit ergo relatio q̃lib3 erit eadeȝ fundamẽto

Respondet̃ negãdo ɔñam q2 licet illa re latio sit eadem fundamẽto sine qua fundamẽ tum esse includit ɔtradictionem vt Sco. ij°. sentẽtiaꝝ. dis. p̃ma. q. v^a. sicut ẽ relatio cr̃a ture ad creatoreȝ ⁊ inherentia inherentie ac cidentis ad subiectuȝ vt Sco. in. iiij°. dis. xij^a. tam̃ non oportȝ ecõuerso q si relationeȝ esse sine fundamento ɔtradictioneȝ includat pp hoc relatio ydemptificetur fundamento aliud enĩ ẽ relatiõeȝ posse esse sine fũdamẽto ⁊ fũdamẽtuȝ posse esse sine relatiõe. Et ꝓ hiis duab⁹ ɔclusionib⁹ est sententia Sco. in quo

libetis vbi supra dicêtis quantum ergo ad
istd videtur rationabilius q ab eodê hêat
relatio q sit realis ⁊ q sit distincta a relatio
ne opposita ⁊ hoc itelligêdo quomodocûq
nam nô est itelligibi e q sit realis nisi sit rea
lis habitudo ad oppositum ⁊ sit realiter di
stincta ab opposito.nec ipa pôt realiter esse
distincta ab opposito nisi vt habitudo realis
⁊ sic est res eo mô quo sibi conuenit esse res
seipa ergo formalr est res ⁊ seipa formalr ê
distincta ab opposito a fundamento aût hêt
vtrunq fundamentalr ⁊ radicalr hec Sco.
Ex quib⁹ infertur q habitudo relatiôis ad
terminû ⁊ habitudo relatiôis ad fundamen
tum adeo sunt relationi intrinseca vt relatio
seipa sit ad terminu3 ⁊ ad fundamêtum . p
bat contradictionem includit relationem eê
⁊ habitudinem relationis ad terminû ⁊ ad
fundamêtum non esse ergo seipa formaliter
vel realiter relatio est ad terminu3 ⁊ ad fun
damentum.vñ Sco. in quolibetis vniuersa
liter eni3 qd 9uenit alicui sic qd oimoda cô
tradictio sit illud esse sine hoc. hoc est idem
realiter illi .⁊ p oppositum vbi non ê oimo
da 9tradictio .⁊ in quarto dis.xij.accñs res
pectiuum non est possibile esse sine subiecto
.i.sine termiate depêdentiam pximo.⁊ si ñ
vltimato hoc est sine eo cui relatio pôt iesse
p accidens tanq forma eius non faciens
se vnum cû subiecto.non eni3 est possibile q
sit respect⁹ inter duo qn sit alicui⁹ ⁊ ad ali
quid ⁊ hoc nô ex ratione accidentis. s ex ra
tione respectus. nô potest aût esse respectus
alicuius ad aliquid nisi sit illi cui⁹ ê respê⁹
hec Sco. ⁊ elegâter.⁊ in scdo sententiarum
dis.pma relatio seipa refertur ad fûdamen
tum non enim potest esse absq fundamento
nec absq se sine 9tradictione.ipa enim exi
stête ⁊ fundamêto simul ambo sunt extrema
illi⁹ relationis q est eius ad fundamêtu3. g⁹
ipa non est absq 9tradictione sine relatione
eius ad fundamentum ⁊ ita sine 9tradictiôe
non pôt esse sine fundamento.⁊ iô relatio il
la qua ad fundamentum refertur erit eade3
sibi. Ex quo vlterius infertur q lic3 habitu
do relationis ad fundamentum adeo sit in
trinseca relationi vt sine ea saluari non pos
sit ratio relationis.tamê pbabiliter dici pôt
de mête Francisci q intimior ⁊ essentialior ê
habitudo relationis ad terminu3 quâ ad fun
damentu3.prima ps ex dictis satis est nota
⁊ eam apte docet Sco. in quarto allegata
dis.dicens depêdêtia relationis ad fundamê
tu3 est essentialissima ita q sine ea nô pôt eê
ratio relationis hec Sco.

Scda ps pncipal pbabilr ⁊ mltû appa
rêter a Frâcisco isflatu deducit.s.q habitu
do ad terminum vl ratio essedi ad aliud ê p⁹
intima relationi quâ habitudo ad fundamê
tu3 que vt dicitur est inherentia .quandocû
que aliquod cômune diuiditur p duas dif
ferentias formales pro quocunq signo vna
9stituit etiam aliâ.sicut pro quocunq signo
corporeum 9stituit corpus p eode3 incorpo
reum 9stituit spiritum. diffinitio enim côsti
tuitur ex genere ⁊ differêtia diuidête. s ens
diuiditur per absolutu3 ⁊ respectiuû pro eo
dem ergo signo p quo absolutu3 est ad se p
eodem relatio siue relatiuum est ad aliud.s
omne accidens absolutum p⁹us est ad se q
sit in subiecto etiam habitualiter ergo rela
tio p⁹us erit ad aliud quam ipa sit in funda
mento.

Confirmatur qz q competit relationi in
primo modo p⁹us ⁊ verius sibi 9uenit q il
lud qd conuenit sibi in scdo modo s relatio
ni 9petit in primo modo respicere terminu3
ipa enim diffinitiue non est nisi respect⁹ ad
terminum.inherentia aût ad fundamentum
9petit sibi i scdo signo qre ⁊c. Et ad hanc
sententia3 fulciendam adduci potest Scot⁹
in.v⁹.methaphisice du3 iquit q oîs distin
ctio relationum per fundamenta est extrin
seca ⁊ nô formalis salte3 sic extrinseca q nô
est intra perse intellectû quiditatis relatiôis

Ego autem hijs non obstantibus opinor
q eque essentialis sit habitudo relatiôis ad
fundamentum ipi relationi sicut habitudo
eiusdem ad terminum. ⁊ est sententia Sco.
v⁹.methaphisice dicentis relatio non prius

natura est.in.quam.ad.qz tunc possz intelligi absolutum nec econuerso. qz tūc possz intelligi non accñs gᵒ simil natura est.in. ⁊ ad ⁊ licz ꝓbatio hec nō mītum cōcludat sicuti ⁊ Sco.ibidē dicit qz pˢma ꝓbatio nō vz.si ē ꝯceptus indifferens ad absolutuz ⁊ ad aliō Scōa ēt nō si ē ꝯceptus cōis sbstātie ⁊ accidenti.tñ cōclusio vā est in se que ꝓbatur vt Sco.in iiijᵒ.dis.xijᵃ.relatio essentialr est respectus inter duo extrema ⁊ iō sicut tollere terminum ad quem est respectus ē tollere vel destruere respectū ita tollere illō cuiᵒ sit respectus est tollere respectum ⁊ destruere ratōnez illius. Vñ ꝓ vlteriori fundamēto notādum vt Sco.in quolibetis quolibeto qnto ꝙ relatio q̄ ē accñs in creaturis ꝓpriaz hēt accidentalitatem qz illa est p se res.⁊ non est illa res in qua fūdatur.nec est res pse ens sicut sbstantia ita oportz dare ꝙ ipa met pse sit res hñs ꝓpriaz accidētalitatez q̄ nō sit accidētalitas entis ad se.ſ accñtalitas ad alterum.sicut enim non est eadem entitas ad se ⁊ ad alterum sic nec eadem accidentalitas accidentis entis ad se ⁊ accidentis entis ad alterum .nec ex hoc est processus in infinitum.standum enim est i ipa relatione nec vlteriᵒ ꝓceditur vbi gra i albedine fundatur similitudo ista similitudo hēt aliquaz accidētalitatem ꝓpriaz ab accidentalitate albedinis distinctā.sicut relatio est genus distinctū a gener q̄litatis. si q̄ras de accidentalitate similitudinis si ipa est alia a similitudie.dico ꝙ non qz similitudo ē sua accidētalitas ad fundamtuz ⁊ seipa accidit fundamto sicut se ipa est ad oppositum hec Sco.⁊ pulcherrie.

Videtur aūt Sco.in.ijᵒ.sentētiaruz dis. prima.id aptius ponere licz ibidem magis sit similis dubitāti quam docēti.dicens relatio hēt ꝓpriūm suuz inesse sicut dicit auicē. iijᵒ.methaphisice ⁊ tñ nō seqtur ꝯditio istiᵒ generis ex aliqbus essentialr inclusis qz etiā q̄titas hēt suum inesse qō non est de ratione sui generis formalr ⁊ tñ non est ꝯposita ꝯpositione respiciente naturam generis hoc aūt iō est qz passio inest rei cuiᵒ est ⁊ non est de pse intellectu illiᵒ.qō tñ videtur magis vüz esse de passiōe q̄ de relatōē. Nec rōes Fran. adducte in oppositum ꝯuincunt. vñ cōcedit ꝙ ꝓ quocunqz signo accñs absolutuz est ad se ꝓ eodem signo respectiuuz est ad aliud ſ negetˢ ꝯsequentia seqñs cum infertˢ omne accidens absolutū ꝓus est ad se q̄ sit in sbiecto etiam habitualr ergo relatio ꝓus erit ad aliud q̄ ipa sit in fundamto.Et ratio est qz relationē non posse esse sine fūdamento nō debetur sibi iq̄ātuz relatio solū. qz tūc cuilibz relatiōi ꝯueniret ꝙ est falsum vt patet de relatōe diuina nec iq̄ātuz accñs qz tūc cuiqz accñti hoc iesset qō est falsum vt patz de accidēte absoluto.ſ debetˢ sibi iq̄ātuz est relatio accñtalis.mlta enim sunt spēalia quibus aliqua ꝯueniūt vel repugnāt.non tñ ꝯueniūt vel repugnāt p naturaz vniᵒ cōmunis repti in eis nec p naturam alteriᵒ. Sz p naturaz ꝓpriam q̄ includit ambo ista ꝯiūcta vt si dicatˢ hōi repugnat irrisibilitas aut ergo inq̄tum intellectuale aut inq̄tuz aīal.⁊ si inq̄tū intellectuale repugnaret ⁊ angelo.si inq̄tum aīal repugnaret boui.Dico igitur ꝙ neqz sic neqz sic.ſ inq̄tuz homo est aīal rationale.sic in ꝓposito inq̄tum relatio est accidētalis repugnat sibi non esse in sbiecto. q̄re Sco. in quarto vbi supra non ergo qz accñs respectiuum est accñs iō reqrit sbiectuz.ſ qz respectus est respectus iō reqrit cuiᵒ sit ⁊ ad qō sit etiaz i diuinis. Et p idez negetur minor ꝯfirmationis ibidem inducte.s. ꝙ habitudo ad fundamtum insit relationi in scōo modo licz habitudo ad subiectuz insit accñti absoluto in scōo mō.alia eni ē accñtalitas vniᵒ ⁊ alteriᵒ cū accñs sit equocū nouē generibᵒ vt supiᵒ innotuit.Esse eniz in.est equocuz nouez generibᵒ accñtiuz lz esse incōtracte sumptum in pdicamto q̄titatis sit vniuocuz ⁊ in pdicamto qualitatis etiam vniuocū ⁊ ita de alijs nouē gñibᵒ accñtiū. de his pzio oīm rerū priᵒ gre sint innumere que forte non ꝯtradicunt dictis in questione decimaseptima de mente.s. Tho. si pfunde speculentur.nec auctoritas. Sco.ex quinto huius allegata

ɔcludit ꝓpositum.nam distinctio relationū p fundamenta est extrinseca non qꝛ habitudo ad fundamētum sit extrinseca relationi vt innotuit. ẜ qꝛ fundamētum est extinsecū relationi sicut enim aliqd potest dependere a termino respectꝰ licet non dependeat a respectu.vt patꝫ de accidēte absoluto ita aliquid potest ydēptificari alicui habitudini licꝫ terminus illius habitudinis sit sibi extrinsecꝰ. Utrum aūt relatiuum p suuꝫ correlatiuū sit diffiniendum videbitur ɔsequēter.

Et si ɔtra hāc determiatōꝫ instet̄ qꝛ ex illa sequitur primo ꝙ genꝰ relatiōis nō essꝫ simplex ẜ quasi ɔpositum ex.in.⁊.ad.qđ videtur incōueniens.nam p̄mus ɔceptus cuiuslibet generis p̄mi debet esse simplex omnino vt videtur.

Adhuc qūcunq̄ aliqua sunt essentialiter ordinata respectu alicuius tertij illud quod p̄us aduenit illi tertio est magis intrinsecum ipi quam illud ꝙ posterius aduenit eidem. Sꝫ relatio p̄us ordine essentiali ē ad terminuꝫ qꝛ ▮ ipm diffinitur ꝙ̄ ad fundamentum qꝛ per ipm non diffinitur ergo ꝛc.

Amplius dubitatur vtruꝫ habitudo ad terminum sit eadem habitudini ad fundamētuꝫ. ⁊ videtur ꝙ non qꝛ extrema istaruꝫ habitudinum sunt diuersaꝝ rationum.s.terminus ⁊ fundamentum ergo ꝛc.tenet cōsequentia qꝛ sicut relationibꝰ alterius rationis nō correspondet terminus eiusdem rationis vt Sco.scđo sententiaꝝ dis.prima. ita videt̄ ꝙ terminis diuersarum rationum non correspondeat relatio vnius rationis. Dicenduꝫ huic initendo determinationi ꝙ genus relationis est simplex qđ est hoc cōmune relatio vt supra innotuit que licꝫ addita fūdamento aut sbiecto compositionem faciat vt questione innotuit decimaseptima. ipa tam̄ quiditatiue ɔliderata licet quiditatiue habitudineꝫ dicat ad fundamētuꝫ ⁊ etiaꝫ ad terminum qđ ꝓ nunc supponitur inferius tam̄ manifestandum.hoc tn̄ non arguit ipaꝫ esse ɔpositam ⁊ cuꝫ dicitur ɔponitur ex.in.⁊.ad dicendum ꝙ vt per.in.⁊.ad.intelligūtur habitudines vel extrema habitudinum. Si scđo modo ɔseqūtia est bona.ẜ antecedens est falsum.Si primo modo.concesso assumpto non sequitur ipaꝫ cōponi qꝛ eadeꝫ videtur habitudo ad vtrūq̄ vt patebit ad tertiū argumētuꝫ.Un̄ relatio lꝫ significetur vt ad aliquid tn̄ realiter et ẜm rem significatam est in sbiecto.vn̄.s.Tho. in questionibus de potētia qōe octaua articlo septimo. idem ol faciens inqt quidam attendentes modum significandi in relatiuis dixerunt ea non esse inherentia sbiectis.ẜ quasi eis assistētia qꝛ significantur vt qdaꝫ mediuꝫ inter sbstantiā que refertur ⁊ illđ ad qđ refertur ⁊ ex hoc sequitur ꝙ i rebꝰ creatis relatiōes non sunt accidentia qꝛ accidentis esse est inesse ⁊ ꝑ ɔsequens ꝙ non sit res quedaꝫ extra aīaꝫ existens ẜ solum ẜm rationem qꝛ oīs res vel ē sbstātia vl' accn̄s.vn̄ licꝫ ad aliqd nō significetur vt inherēs tn̄ oportꝫ vt sit inherens ⁊ hoc qn̄ relatio est res aliqua qn̄ vō est ẜꝫ ratioñe tūc non est inherens quare ibidem subdit ad.xijᵐ. cum relatio sit accidens in creaturis ēe suū ē iēē.vn̄ ēe suū non ē ad aliud se habere ẜ esse hꝰ ẜꝫ ad aliqd ē ad aliđ se habere. Ex quibꝰ elicitur ꝙ relatio vt accn̄s hēt ꝙ esse eius sit inesse relatio vō vt relatio hēt ꝙ esse eius sit ad aliđ se habere.⁊ cōsequēter relatio vt relatio accn̄talis i sua ratione formali includit vtrūq̄.

Ad secundū p̄ncipale neget̄ minor ymo cōceditur ꝙ relatio eque essentialr̄ diffinit̄ ꝑ terminum sicut ꝑ fundamētuꝫ q̄re Scotꝰ in tertio sentētiaꝝ dis. viijᵃ. diffiniens filiatiōeꝫ terminuꝫ ⁊ fundamn̄tum expressit dicēs filiatio est habitudo ꝓducti naturalr̄ similis ꝓducēti in natura intellectuali vl' sensitiua.

Ad tertium ꝓbabiliter sentiēdum puto ꝙ eadem habitudīe ⁊ non distinctis relatio accn̄talis inq̄tum relatio accn̄talis refertur ad terminum ⁊ fundamn̄tum.nec ꝓbatio ibi deꝫ assumpta ē ad ꝓpositū. naꝫ fundamn̄tuꝫ ⁊ extremum nō se hn̄t sicut termini distīcti relationū ymo vnū ē terminꝰ ⁊ alterum fū-

dantitum. de hoc tamen ita dictum sit probabiliter vt posterius detur via profundius inuestigandi.

Dicendum tertio quod distinctio relationum accidentalium non minus sumenda est extrinsece a fundamento quam a termino. et in hoc dissonare videntur s. Tho. et Sco. patet conclusio quia sine ambobus relatoem esse includit contradictionem sicuti et habitudo ad vtrumque istorum est eque essentialis relationi vt innotuit. Ex quo sequitur quod in creaturis alia filiatione refertur filius ad patrem. alia vero ad matrem non propter alietatem fundamenti quia est tantum vnum. s. potentia passiua. sed propter alietatem terminorum. ad duos namque terminos non potest esse eadem relatio quia tunc eadem simul essent et non essent. Sco. tamen in tertio dis. viij. aliam ponit filiationem in xpo ad patrem et aliam ad matrem et vtramque realem non solum propter pluralitatem terminorum sed etiam fundamentorum. Est enim filiatio habitudo producti naturaliter similis producenti in natura intellectuali vel sensitiua. cum igitur generatio passiua plurificetur ad plurificationem ipsarum naturarum actualiter existentium acceptarum per generationes. ergo filiatio plurificatur ad plurificationem earundem. hoc idem probat ex parte terminorum.

Sed dubitatur si distinctione fundamentorum et terminorum distinguntur filiationes in eodem sequitur quod filiatio esset eadem realiter fundamento quod falsum est. consequentia deducitur quia sine filiatione contradictio est naturam ibidem productam posse manere ergo filiatio illa perpetuificatur illi nature genite saltem realiter tenet consequentia quia illa relatio est idem fundamento sine qua fundamentum esse includit contradictionem vt Sco. iij. sententiarum. Assumptum principale probatur quia habentem hanc naturam esse filium est ipsum esse genitum ab hoc patre vel ab hac matre. sed qui genitus est ab hoc vel ab hac in hac natura non potest non esse genitus ab hoc vel ab hac ista natura. quecunque enim preteritum non fuisse includit contradictionem. ergo habentem hanc naturam a generante acceptam non esse nunc filium hac filiatione includit contradictionem. ergo filiatio non accidit huic nature ymo illi realiter perpetuificatur.

Dicendum vno modo quod si filiatio est per se relatio fundata super generationem passiuam que iam preterijt vt siue in re siue in intellectu dicitur aliquis esse filius quia aliquando fuit genitus. ita quod esse filium non predicet aliquid de presenti realiter licet vocaliter. sed tamen aliquid de preterito. sicut sor. est cursurus. licet compositio videatur esse de presenti tamen realiter non predicatur aliquid nisi pro futuro quia equiualet isti sor. curret. ita hic sor. est genitus equalet isti sor. fuit genitus et secundum istum intellectum equalet isti sor. est filius. et hoc modo filius dicit relationem realem. sed non secundum esse simpliciter. s. actualis existentie. sed secundum esse preteritum quod est esse reale secundum quid sicut sor. esse futurus. vel magis quemadmodum potentia ante actum in natura potentiali dicit relationem realem vno modo. secundum diminutam entitatem rei secundum hunc modum videtur obiectio illa procedere quia secundum istam viam quecunque fuit aliquando filius numquam potest non esse filius. sicut quod fuit non potest non fuisse. quemadmodum etiam quod quicquid est possibile non potest non esse possibile quamuis non sit actu presens. Et secundum istam viam vt infert Sco. in tertio oporteret dicere quod iohannes si esset annichilatus adhuc esset filius zebedei. nec deus posset destruere illam relationem quantumcunque fundamentum annichiletur. secundum existentiam actualem nec plus realitatis diceret filiatio de filio existente quam non existente. Nisi apud hanc viam dicatur relationem hanc non desinere esse propter fundamentum quod iam perpetuum est sed propter corruptionem subiecti vel eius subtractionem aut alterius extremorum. Unde s. Tho. in quarto sententiarum distinctione. xxxxi. quedam sunt relationes que habent pro causa actionem vel passionem vel motum vt quinto methaphisice dicitur. quarum quedam causantur ex motu inquantum aliquid mouetur actu sicut ipsa relatio que est mouentis et moti. quedam autem inquantum habent aptitudinem ad motum sicut motiuum et mobile dominus et seruus. quedam autem ex hoc quod aliquid prius

motum est sicut pater et filius. non autem ex hoc quod est generari nunc ad inuicez differunt sed ex hoc quod est generatum esse. aptitudo aut ad motum et ipsum moueri transit. sed motuz esse perpetuuz est quia quod factum est nunquam desinit esse factum et ideo paternitas et filiatio nunquam destruuntur per subtractionem cause. sed solum per corruptionem subiecti per alterutrum extremorum. Et similiter dicendum est de affinitate. Relatio enim aliqua desinit esse dupliciter vnomodo ex corruptione subiecti. alio modo ex subtractione cause. sicut similitudo desinit esse quando alterum similiuz moritur vel quando qualitas que erat causa similitudinis subtrahitur. hec .s. Thomas.

Alio modo posset dici quod filiatio dicit relationem producti passiue completaz manente existentia actuali nature accepte per generationem sine interruptione et hoc modo xpus usque ad mortem fuissz filius marie. sed post resurrectionem non. quia existentia actualis nature humane accepte per generationem marie fuit interrupta per mortem. et ipsaz existentiam vt secundo acceptaz per resurrectionez consequebatur alia relatio ad deum resuscitantem. secundum hoc etiam nullus essz filius alicuius post resurrectionem vniuersalem et hec opinio videtur absurda.

Uidetur itaque mediandum inter has vias extremas cum Scoto in tercio sententiarum distinctione. viij^a. videlicet quod filiatio dicit habitudinez geniti ad generans fundatam super existentiam actualem nature accepte per generationem vel super ipsaz naturaz acceptam sic actualiter existentem et hoc sine continue habitaz post acceptionem sine interruptione siue eandez habitam cum interruptione ita quod vtrumque accidat sibi. Unde Scotus in secundo sententiarum dis. 2^a. idez respectus potest reparari. quia eadem maternitas fuit in matre xpi ad ipsuz post resurrectionem quam ante fuit. Et hoc modo potest respondere ad argumentuz et potest dici quod licet ista natura accepta per hanc generationem non possit habere idez esse numero. quod accepit non fundando istam eandez relationem numero. non tamen ipsa relatio est sibi consubstantialis. quia possz absolute eadem existentia fuisse numero habita sine ista relatione puta si accepta fuisset imediate a creante qui quicquid mediante causa secunda potest in mediate per se posset. vel ab alio generante. idez enim qui est filius vnius patris potuit fuisse filius alterius patris. vt patet secundo sententiarum a Scoto. quare etc.

Dubitatur etiam quia fraternitas et consanguinitas non distinguntur distinctione fundamentorum aut subiectorum cum aduenient subiectis aut fundamentis nulla penitus in eis facta mutatione aut motu cum aliquo puero nato causetur in producto relatio fraternitatis sine motu eius.

Dicendum ex fundamento sancti Thome. in quarto sententiarum distinctione quadragesimaprima vt etiam dicebatur questione decimaseptima. quod relatio fraternitatis que innascitur aliquo puero nato alicui iam producto causatur quidem sine motu ipsius tunc existente. Sz ex motu ipsius precedente scilicet generationis eius hoc ei accidit quod ex motu alterius sibi nunc talis relatio innascitur. Similiter ex hoc quod iste descendit per generationem propriam ex eadem radice cum viro peruenit affinitas in ipso ad vxorem sine aliqua mutatione ipsius. hec sanctus Thomas.

Est enim consanguinitas vinculum personarum ab eadem persona carnali propagatione descendentium. Sicuti etiaz affinitas est vinculum quoddam ad personaz aliquam ex carnali copula cum persona alteri consanguinea contractum vt Scotus quarto sententiarum distinctione quadragesima prima.

De secundo principali dicendum primo quod in diffinitione relationis a qua aliquod dicitur relatiuuz preter essentialia et illi intrinseca debet etiam poni alia relatio sibi correspondens terminus et fundamentum tamquam de cointellectu eius sicuti in diffinitione paternitatis debet poni filiatio filius et intellectualis natura vel sensitiua.

Primum autem horum probatur. prio quandocunq aliquod genus diuiditur per duas oppositas differentias species illi⁹ generis constituitur ex eo ⁊ oppositis differentijs diuidentibus vna per vnam ⁊ alia per aliam. Sꝫ genus relationis diuiditur per duas differentias oppositas sicut alia predicamenta .alioquin omnes relatões essent eiusdem speciei.ergo species relationis poterunt diffiniri per genus ⁊ differentiam.

Adhuc omne constans ex partibus essentialibus poterit per eas diffiniri qꝛ diffinitio nihil aliud est q̄ rei expressio ▮ suas partes essentiales.Sꝫ species relationis constat ex genere ⁊ differentia sicut ex partibus essentialibus sicuti ⁊ omnis alia species cum in illa duo species resoluatur ergo ꝛc.

Amplius species relatõnis habet genus ⁊ differētiaꝫ sibi intrinseca in primo modo. genus quoq relatõis dicitur in quid de omni specie relatõis.nec dicit totaꝫ diffinitiõeꝫ ergo illi addita differētia cōstituet diffinitõneꝫ intrinsecā.cum omnia intrinsece diffinientia sint subalternatiꝫ posita.

Adhuc p̄dicamēta sunt impermixta ita q res nec aliquid vnius p̄dicamenti erit de essentia illius quod est de alio p̄dicamento. diffinitio ergo essentialis nō erit per aliquid alterius generis.

Ex quibus sequitur q sicut omne accidens preter diffinitionem que datur p additamētum habet diffinitioneꝫ sui proprij generis per sua intrinseca ⁊ essentialia ita relatio preter diffinitionē que est per relationeꝫ oppositam sibi correspōdentē terminū ⁊ fundamētuꝫ diffiniri potest p essentialia ⁊ intrinseca sui generis.

Secunduꝫ probatur primo relatio eēntialiter est habitudo ad aliud.⁊ impossibile est cōcipere habitudinē sine termino ad quē est.⁊ omne illud oportet poni in diffintione sine quo diffinitū nō potest cōcipi cum diffinitio exprimat completum intellectum diffiniti.ergo in diffinitõe relatõis oportet terminum ad quem est poni . sed magis videtur relationeꝫ vt filiationē ponēdaꝫ esse in diffinitõne relatioīs vt paternitas q̄ relatiuum vt filius.quia filius est simul natura cū patre ⁊ pater est naturaliter posterius paternitate. sed nullūꝫ posteri⁹ videt̄ ponendum in diffinitõe prioris ergo ꝛc.

Et si instetur qꝛ dicēdo filiatio est habitudo producti naturaliter similis producēti in natura intellectuali vel sensitiua nulla videtur fieri mentio ꝺ paternitate.⁊ tamē illa est vera filiatõis diffinitio vt innotuit.

Dicēduꝫ q in diffinitõe illa ponit̄ notificatio paternitatis. in eo nāq q filiatio ē habitudo ꝛc.exprimit̄ p̄ducens simile p̄ducto in natura intellectuali vel sensitiua habere habitudineꝫ ad productuꝫ que nihil aliud est q̄ paternitas .

Adhuc a quibuscunq relatio essentialit̄ dependet per ea habet diffiniri ⁊ notificari. eadem enim sunt principia essendi ⁊ diffiniendi.Sꝫ relatio essentialiter dependet a fundamēto a quo radicaliter habet esse reale vt innotuit.depēdet quoq essentialiter a respectu a quo habet propriam rationem generis vel speciei vt sanctus Thomas in quolibetis quolibeto nono questione secūda ⁊ cōsequenter a correlatiuo quod terminat rationem proprij generis que est habitudo g⁹ ꝛc.

Amplius q terminus nō sit de ratione qditatiua relatõis licet sit ideꝫ de cointellectu probatur.qñcunq aliquod cōmune diuidit̄ p oppositas differētias vna illaruꝫ nō est de ratõe formali cōstituti ex opposita differētia sed ens diuidit̄ p absolutuꝫ ⁊ respectiuum. terminus auteꝫ est absolutus vt innotuit in principio huius questiõis .ideo nō est de ratione qditatiua respectiui.

Adhuc vnuꝫ oppositoꝝ nō est de ratione quiditatiua alteri⁹. qꝛ tūc idem esset sibiipsi oppositū p quiditatē p̄priaꝫ.ꝫ relatio est opposita alteri relatõi sibi corrñdenti ⁊ suo termino maxie si ipsa sit ad oppo⁹ sicuti ē relo

cōtrarietatis aut aliqua talis ergo ꝛc.

Amplius om̄e quod est de quiditate alicuius est in eo formaliter. alioquin diffinitū esset extra diffinitū. sed cōstat ꝙ terminus relatōis nō est in relatōe formaliter. nec relatio opposita in relatōe sibi correspondente nec intrinsece. ergo nō est de ratiōe eius.

Ex quib⁹ sequitur ꝙ relatio opposita nec terminus aut fundamētū sunt de quiditate relatōis licet sine illis relatio nō possit intelligi. ꝑpterea dicūtur de eius cointellectu.

Dicendū secūdo ꝙ in diffinitōne vnius relatiui necesse est ponere suū correlatiuum. quod auctoritatibus primo fulcitur. Porphirius nāq; in p̄dicabilib⁹ caplo de specie. genus dicit̄ ad speciē ꝛ econuerso. ꝛ ideo necesse est in vtrorunq; ratōnibus vtrisq; vti. Phūs quoq; in p̄dicamētis capitulo ꝓprio Impossibile est vnū relatiuū diffinite cognosci nisi cognoscat̄ alterū. sed quodlibꝫ incōplexū diffinite cognoscit̄ cum cognoscit̄ per suam diffintionē. igitur impossibile est vnū relatiuū cognosci ꝑ suā diffinitionē nisi cognito altero. igit̄ vnū necessario ponendum est in diffinitōe alterius.

Adhuc esse essentiale relatiui est ad aliō se habere. diffinitio autē indicat esse essentiale diffiniti. igitur diffinitio relatiui debet indicare suū esse se habere ad aliud. qđ nō potest nisi in ea ponatur correlatiuū ipsius diffiniti. Istud autem nō solū verum est de relatiuis mutuo depēdentibus. sed de quib⁹cunq; que essentialiter dependēt ad alia ꝙ illa alia ponēda sunt in eorum diffinitione. ꝫ nulla relatia mutuo se diffiniūt nisi que mutuo ad inuicē per se dependent quod nō est verum de relatiuis per accidens. sicut medicina que dicitur ad aliquid ratione sui generis quod est scientia. vel sicut similitudo vel equalitas que dicuntur ad aliquid. quia simile ꝛ equale ad aliquid dicūtur. equalitas enī ꝛ similitudo secundū nomen nō dicuntur ad aliquid. vel sicut subiectum quod dicitur ad aliquid ratione accidentis. sicut homo vel album dicitur ad aliquid. quia vtrique accidit albū vel duplum esse. ꝛ hoc modo dicitur ad aliquid caput quia est pars. vt sanctus Thomas quinto metaphisice.

Relatiua etiam tercij modi vt mensura ꝛ mensurabile cum mutuo ad seinuicem non dependeant propterea se mutuo non diffiniunt.

Et si instetur quia Aristoteles quīto metaphisice diffinit eadem quorū vna est substantia. ꝛ similia quorum qualitas est vna. ꝛ equalia quorum quantitas est vna. ꝛ tamen in nulla istarum diffinitionum ponitur correlatiuū.

Dicendū vt egregie docet Scotus in p̄dicamētis capitulo proprio ꝙ in diffinitōne vnius relatiui necesse est ponere suū correlatiuū etiā de relatiuis equiparantie quādo diffiniūtur in singulari. quia eoꝝ esse est ad aliud se habere. diffinitio enī debet indicare esse diffiniti. ꝫ quando diffiniūtur in plurali nō oportet in eorū diffinitōibus eorum correlatiua poni. tunc enī tam subiectum relatōis q̄ eius correlatiuū exprimūt̄ ꝑ idē nomen sumptū in plurali. Idē sensit in capitulo de equiuocis dicēs omnia relatiua equipantie cōuenīēter diffiniūtur in plurali. vt patet quinto metaphisice vbi multa huiusmodi relatiua diffiniūtur ꝛ oīa in plurali. quia sic eorū intellectus est magis finitus inquātū denoīat vtrunq; extremū.

Sed circa dicta insurgunt difficultates nō parue. prima videtur ꝙ relatio ꝛ consimiliter relatiuū sint entia absoluta. ꝛ consequenter nō in habitudine ad aliud diffinienda. quia omne quod diffinitur ad se habet entitatē ad se. sed quod diffinitur in proprio genere diffinitur ad se. ergo si relatio diffiniatur in proprio genere. vt quedā ex adductis pretendunt. sequitur ꝙ diffinietur ad se. ꝛ cōsequēter relatio erit ad se ꝛ absolutum quod est intentum.

Cōfirmat̄ qđlibet videt̄ absolutū in suo gn̄e cū quodlibet in suo gn̄e hēat modū qđ cōstat autē ꝙ modus qđ est mod⁹ absoluti.

Adhuc omne ens aut est absolutum aut

Adhuc omne ens aut est absolutum aut cõparatum cum iste videant̃ imediate entis differentie diuidẽtes quaten⁹ in decẽ descẽdit p̃dicamẽta. sed relatio non est cõparata. quia nõ refertur igit̃ est absoluta ꝛ ꝯsequẽter ad nihil aliud in suo genere dependet.

Consimiliter argui potest de relatiuis cuꝫ essentia relatiui sit a relatione formaliter. ꝛ ideo si relatio est absoluta etiã essentia relatiui esꝫ absoluta. igit̃ nõ dependet ad aliqd in suo genere. ꝛ cõsequẽter nec ꝑ aliud debet diffiniri.

Amplius cõparatio diffiniti ad sua principia diffiniẽtia intrinseca non est cõparatio ad aliud. alioquin omnia supposita omniuꝫ p̃dicamẽtoꝝ essent ad aliquid. sed relatio diffinitur per sibi intrinseca essentialr̃ ꝛ quidditatiue vt innotuit ergo nõ diffinit̃ ꝑ aliud

Cõfirmat̃ quia habita ꝯpleta diffinitiõe alicui⁹ illud p̃cise potest cõcipi aliis non cõceptis. sed intellectus nõ potest p̃cise concipere relationẽ per ea que sunt sui proprii generis quia ipsa est ad aliud. ergo non potest precise diffiniri per illa.

Adhuc omne quod aduenit alicui preter suaꝫ diffinitiõeꝫ est ei aduẽtitiuꝫ quãtum ad suam rationem formaleꝫ. sed preter diffinitionẽ relatiõnis per ꝓpria ꝛ intrinseca sui generis intelligit̃ termin⁹ aduenire. ergo habitudo eius ad terminũ erit aduẽticia.

Cõfirmatur si relatio dependet ad aliud vt ad correlatiuũ illud aliud erit termin⁹ dependentie istius. sed termin⁹ est posterius eo cuius est. sed hoc est falsuꝫ. qꝛ relatiua sunt simul natura ꝛ etiam relationes a quib⁹ relatiue dicuntur.

Ad primũ potest dici ꝙ si aliqua relatio aut relatiuũ dicant̃ absoluta in suo genere siue in cõparatiõe ad suũ gen⁹ intelligẽdũ est ꝙ suuꝫ genus dicitur de eo absolute. sed non oportet ꝙ sint ita absoluta in suo genere ꝙ ad nihil aliud in genere dependeat. ꝓpter qđ neget̃ minor rõis prime. licꝫ eniꝫ relatio diffiniatur ꝑ genus ꝛ differẽtiaꝫ. tamẽ vtrunq; illoꝝ est ad aliud ita ꝙ tota diffinitio q̃dita tiuã ꝛ quelibet eius pars est ad aliud ꝛ per ꝯñs entitas relatõis erit ad aliud.

Ad cõfirmationẽ cõcedit̃ ꝙ quodlibꝫ hꝫ moduꝫ quid in suo genere. hoc est gen⁹ suũ p̃dicatur de eo in quid ꝛ ita absolute. sed ex hoc nõ sequit̃ ipsum esse omnino absolutũ.

Ad secundũ dico ꝙ absolutuꝫ ꝛ cõparatuꝫ vt diuidunt ens sunt id quod ens in subiecto ꝛ nõ ens in subiectõ. ꝛ sic cõcedo relatõꝫ esse ꝯparataꝫ qꝛ ẽ ens in subiectõ. ꝫ ẽ ꝯpatũ ad terminum nõ tamẽ cõparatuꝫ eo modo quo relatiuũ dicit̃ cõparatũ ad terminũ. cũ hoc tamẽ stat ꝙ in diffinitiõne eius oporteat terminũ poni. qꝛ cõparatõ ad terminũ non põt cõcipi sine termino. De relatiuo auteꝫ manifestuꝫ est ꝙ eius essentia nõ est absoluta nisi respectu sui generis. quia eius gen⁹ p̃dicat̃ de eo absolute ꝛ in quid. simplr̃ autẽ essentia eius est ad aliud se habere. nec sequit̃ essentiaꝫ eius esse absolutã et si relatio esꝫ absoluta. qꝛ qđ inest principio formali nõ oportꝫ inesse cõposito cuiusmodi illud est terminus sicut si forma sit simplex nõ sequit̃ essentiaꝫ cõpositi que est ꝑ formã esse simplicem. Uel aliter cõcesso ꝙ relatio sit absoluta vt deducũt rões ille ꝛ ꝙ nõ dependeat ad aliud in genere relatõis nõ sequit̃ ipsaꝫ esse diffiniẽdaꝫ ꝑ aliud in suo gñe. qꝛ est ꝯparatio ꝛ dependẽtia ad aliud quoꝝ neutꝝ diffinit̃ sine termino

Ad 3ᵐ dico ꝙ cõparatio diffiniti ad sua diffiniẽtia que sunt sibi intrinseca nõ est cõparatio ad aliud. sed cõparatio diffiniti quaꝫ hꝫ ex principiis suis ista potest esse ad aliud si illa sũt ad aliud. Cõstat autẽ ꝙ diffiniẽtia relatõis omnia sunt ad aliquid ꝛ ideo relatio est ad aliud.

Ad cõfirmationẽ cõceditur maior in absolutis. cõceptus eniꝫ cõpletus de istis habetur habita diffinitiõe. sed in relatiuis nõ est sic quãtumcunq; habeat̃ cõceptus sui generis ꝛ diffinitõis nõ quietatur intellectus nisi cointelligendo terminũ qui non est de genere relatõis. sed aliquid aliud vt innotuit.

Ad quartuꝫ dicendũ ꝙ termin⁹ est extra formaleꝫ rationẽ relatõis. nec est de intellectũ

eius principali. quia de tali intellectu nō sunt nisi sibi intrinseca ⁊ quiditatiua eiusdē pdicamēti. est tamen de eius cointellectu. qꝛ cōpatio ad terminū nō pōt cōcipi sine termino vt dicebatur.

Predicatores autē determinātes difficultateꝫ hāc dicerēt ꝙ prima spēs recepta in intellectu est spēs intelligibilis repsentans substantiam. naꝫ prius suscipit in intellectu illa spēs que rñtat obiectū intellect. sed illa est spēs quiditatis rei mālis que est substantia prius eni illud intelligit quod cadit sub rōe formali obiecti. ⁊ ꝫ illa spēs sit accñs non tñ prius cognoscit accñs ꝙ̄ substātia. qꝛ species nō cognoscit vt quod sed vt quo. nec oꝫ pmo nec pōt esse verū ꝙ illa spēs que prius fuit in sensu prius recipiat in intellectu. tum primo qꝛ spēs que suscipit in sensu est similitudo rei sensibilis ⁊ nō quiditatis que ē obiectū intellectus. tuꝫ etiā qꝛ impossibile ē accidēs ideꝫ numero migrare de subiecto in subiectū. Vñ. s. Tho. in pria parte qōe. lxxxv articulo primo ad terciū. virtute intellectus agentis resultat quedaꝫ silitudo in intellectu possibili ex ꝯuersiōe intellect agentis supra fantasmata que quidē est repñtatiua eorum quoꝝ sunt fantasmata solū ꝙ̄tuꝫ ad naturā spēi. ⁊ p hūc modū dicit abstrahi spēs intelligibilis a fantasmatibus. nō ꝙ aliqua vna forma eadeꝫ que prius fuit in fantasmatib postmodū fiat in intellectu possibili ad moduꝫ quo corpus sumit ab vno loco ⁊ transfertur ad alium.

Rit tercio questio vtruꝫ forma sit prior materia ⁊ cōposito ⁊ magis ens vtroqꝫ. Et arguitur negatiue primo. materia est prius ens cōposito ⁊ forma ergo ꝛc. añs pbat. qꝛ ppetuū ē prius ens corruptibili ⁊ gñabili. ꝫ materia est ppetua forma vo gñabilis ⁊ corruptibil primo pħicoꝝ quare ꝛc.

Confirmat maior hui rōis. qꝛ quodlibet infinite distās a nō gradu entis est infinite ens ⁊ ꝯñr prius. ꝫ ōe ppetuū ē hmōi gᵒ ꝛc.

Adhuc posteri eēntialr non pōt esse sine priori ꝫ ecōuerso. forma āt si essꝫ prior materia ipsa nō posset esse sine forma ꝫ ecōuerso. quod nō est verum.

Ampli qꝺ plurib substat est magis sbstātia vt dꝫ in pñtis ⁊ ꝯñr magis ens. ꝫ materia est huiusmodi ergo ꝛc.

Adhuc ōe paccñs posteri est eo qꝺ ē pse ex 2ᵒ pħicoꝝ caᵒ de casu ⁊ fortuna. ꝫ forma est p accñs respcū cōpositi. qꝛ fieri ⁊ gñari ē p se via ad esse. gᵒ illud qꝺ fit p se est pse. ⁊ qꝺ fit paccidēs est paccñs. ꝫ ꝯpositū fit pse forma āt p accñs vt habet in hoc viiᵒ. gᵒ ꝛc

Ampli ꝯpositū respcū forme includit pfectōꝫ forme ⁊ aliqd aliud. s. ētitatē mē gᵒ ꝛc.

In oppoᵒ ē pħus in ħ. viiᵒ. textu ꝯmenti septimi dū inqt. quare si spēs mā est prior ⁊ magis ens ⁊ ipso qꝺ est ex vtrisqꝫ prior erit ꝑpter eādeꝫ rōeꝫ. ⁊ inferi textu ꝯmēti octaui. Dico autē māꝫ q̄ est ꝫm se nullaten. neqꝫ qd neqꝫ quātuꝫ neqꝫ ad aliquid dicitur.

Propter primum qdeꝫ b. Forma ꝫ in toto suo ambitu respectū importet cause ei qꝺ ꝫm eā format vel p modū inherētie si fuerit act ꝫm qd vt accidēs aut p se informatōis si fuerit act simplr vt forma sbalis. ⁊ hec duo in causis intrinsecis vel p modū imitatōis vt in exēplarib. vt. s. Tho. in qōib de vitate qōe 3ª. tñ hic est ꝫmo soluꝫ de forma q̄ est cā intrinseca respectū importāte ei qꝺ ꝫm eaꝫ format p modū p se informantis que dr forma intra. alia vo forma extra. Vñ Scot in theorematibus. forma intra ⁊ extra. intra ꝙ̄to pfectior tanto paucioꝝ causatiua. extra pluriū exēplaris dicta q̄ nō est forma illi cᵒ est exemplar. ꝫ magis ptiꝫ ad gen cāe efficiētis. Forma aūt hic audita iō dicta est forma. qꝛ informat sepat ⁊ distiguit. Dicit ēt interduꝫ spēs eo ꝙ dat esse ⁊ cognitōꝫ rei. rō vero p quanto ab ea sumit vera diffinitio rei.

Prioritas autē multiplr̄ ōclarata quīto metaphisice qōe.xi^a.hic solū andit᷑ pfectōe.qd vero sit materia declaratū fuit tercio metaphice.Cōpositū autē idez quod ex forma sbstātiali ⁊ materia intrīsece ↄstitutū in esse. Esse vero magis ens altero attendit᷑ penes principalitatem ⁊ independentiaz.vt tercio apparebit dicēdoꝝ.

Propter secunduz quidez huius. Auerroys ↄmēto quarto secundi phisicoꝝ voluit ꝙ cōpositū est dign⁹ habere hoc nomē substātia ꝙ̄ maťia.qꝛ materia est in potētia ⁊ cōpositū in actu.de forma autez dixit ꝙ est digni⁹ hr̄e hoc nomen substātia ꝙ̄ ↄpositū.qm̄ p formā est cōpositū in actu.⁊ causa rei est dignioꝛ causato.

Possent autē dicta Auerroys ↄfirmari.qꝛ principiū formale est magis ens suo principiato sicut ⁊ principiū effectiuū suo effectu. ⁊ hec videt᷑ sentētia p̄hi in textu p̄ntis qōis deducta omni expositōe.videt᷑ autez fūdari opinio hec sup ꝓpositiōe famosa causa pfectioꝛ est causato.que opinio cū eius rōnibus quantū valeat tercio apparebit dicendorū.

Propter tercium quidē hui⁹ dicēduz primo ꝙ forma p quaz materia ⁊ cōpositū est in actu est prioꝛ materia ⁊ cōposito.quod ꝓbat᷑ quia forma est actus materie tanꝙ̄ actuati p formā. cōpositi vero inquantū cōpositū est actu p illaz tāquā p partez eēntialez.cōstat autē ꝙ act⁹ est prioꝛ potētia pfectione.ix^o.metaphice. ergo forma est prioꝛ mā. materia autez est prioꝛ cōposito sicuti principiū principiato.sed qcquid est prius prioꝛe est prius posterioꝛe.ergo ⁊ cetera.

Cōfirmat᷑ qꝛ principiū est prius principiato.sed nō tm̄ materia sed ēt forma est principiuz cōpositi ergo ꝛc. ⁊ in hac conclusione non est controuersia.

Dicēduz secūdo ꝙ forma nō est magis ēs cōposito.quod ꝓbatur.illud videt᷑ pfectius ens quod includit illud ⁊ plus. sed sic est cōpositū respectu forme cuz includat formaz ⁊ materiā. ergo est magis ens ⁊ pfecti⁹ forma

Quidā autē modernioꝛes fautores Auerroy huic rōi rn̄dent ꝙ lꝫ totū cōpositū includat qcquid includit forma ⁊ aliqd vltra. tm̄ totū cōpositū hꝫ a forma formalr̄ qcqd pfectōis est in eo.materia enī nullaz pfectōez ƀm se importat. Un̄ remota forma ptis a cōposito nulla in eo remanet pfectio.

Sed hec solutio defendi nō pōt cū falsuz sit materiā ƀm se nullaz impfectōez importare eo ꝙ in latitudine pfectionali entis collocata est certe pfectōis essential᷑ que est magnitudo virtutis. Sualterius vero anglicus cōcedit ꝓ Auerroy ꝙ cōpositū est dignius ⁊ magis ens ꝙ̄ forma.qꝛ maiorem pfectionē includit.forma vō est digni⁹ ⁊ magis ens cōposito qꝛ minorē impfectionē includit nō enī includit impfectōez ⁊ potētialitatē materie quā tm̄ includit cōpositū. Uel dici pōt ꝙ forma est dignioꝛ ⁊ magis ens composito qꝛ actualius ens.⁊ hͦ voluit Auerroys duꝫ dixit ꝙ causa rei est dignioꝛ causato hoc ē causa formal᷑ est dignioꝛ ⁊ actualioꝛ.⁊ vniūsalr̄ causa inquātuꝫ causa est dignioꝛ causato.quāuis nō opoꝛteat causaꝫ simplr̄ esse digniorē.nulla eniꝫ causa intrinseca est simpliciter dignioꝛ causato.Et si querat᷑ an forma sit magis substātia cōposito vel ecōuēso Dicūt pdicatores ꝙ vel substātia accipitur ꝙ̄tuꝫ ad actuz substādi ⁊ subsistendi. ⁊ isto mō cōposituꝫ est magis substātia ꝙ̄ forma. ⁊ pcipue mālis. Uel sumit᷑ substātia ꝙ̄tum ad cāꝫ ⁊ principiū subsistēdi aut substādi.⁊ isto mō forma est magis substātia ꝙ̄ cōposituꝫ.qꝛ totū cōpositū hꝫ formalr̄ ꝙ sit subsistens a forma ⁊ hoc aliquid.lꝫ forma mālit᷑ ⁊ subiectiue hēat a cōposito ꝙ sit subsistens ⁊ hic esset modus defendendi Auerroym.

Sed cōtra hāc ↄclusionē secūdaꝫ dimissa opinione Auerroys arguit᷑.actus est simpliciter pfectioꝛ alit᷑ nō attribueret᷑ p̄io enti.ergo cui verius inest ratō act⁹ illud videtur simplr̄ pfectius.sed forma est primo ⁊ essentialr̄ act⁹.cōpositū vō nō nisi p formā

in actu. ergo forma est perfectior simpliciter composito.

Amplius quid dicendum ad auctoritatem philosophi in textu qui videtur velle quod forma est magis ens composito.

Adhuc quid ad propositionem Commentatoris causa perfectior est causato. Ad primum dicendum quod actus simpliciter est perfectior quacumque entitate non includente formaliter ipsum actum. constat autem quod compositum includit actum formaliter et per consequens quicquid perfectionis est in forma includitur in composito et aliquid aliud addit adhuc ad perfectionem forme.

Ad secundum Scotus in quolibetis inquit cum dicitur in vii°. metha^ce quod forma est magis ens composito non intelligitur prius et magis secundum perfectionem. sed secundum principalitatem et independentiam. quia esse principii principalioris est independens respectu principiati et respectu principii minus principalis. Et si dicatur principalius et independens est perfectius eo quod est minus principale. Sed forma est huiusmodi ut statim dicebatur respectu compositi. dicendum quod licet maior sit vera quod principalius et independens inquantum huiusmodi sit perfectius etc. non tamen simpliciter et absolute alias materia esset perfectior composito quod est falsum.

Ad tertium respondet Scotus in theorematibus quod propositio hec causa perfectior est causato falsa est simpliciter. Sed accidentaliter vera in efficiente equivoco et fine extrinseco. falsa autem in materia. in aliis vera ubi causalitatem concomitatur perfectio et forte falsum est de forma quia pars. et de fine quia accidens.

Dubitatur qualis sit ordo materie ad formam. dicendumque quod determinatum fuerit .v°. metha^ce questione prima et questione quarta secundi metha^ce statim dicendis non repugnans quod materia est prior forma secundum independentiam et est doctrina Scoti in tractatu de primo principio quia decernens et informans videtur dependere a permanente et informato. quia informatum prius intelligitur informabile. tamen forma est prior secundum eminentiam quia perfectior et hoc tamquam planum accipit Aristo. in hoc vii°. ubi apparet ea. licet ex dictis eius in nono de actu et potentia possit probari

Dubitatur consequenter utrum materia respectu forme habeat aliquam causalitatem. et videtur quod non. nam tota causalitas materie est intrinseca. sed materia respectu forme non habet aliquam causalitatem intrinsecam ergo non est eius causa. maior probatur quia materia et forma ponuntur cause intrinsece ut patuit v°. huius. efficiens autem et finis extrinsece sed impossibile est aliquam causam extrinsecam causare intrinsece aut econverso ergo etc. minor vero principalis deducitur quia si materia causaret formam intrinsece tunc esset pars forme quod non est possibile.

Amplius nullius rei limitate causalitas naturalis se extendit ad plura diversarum rationum saltem eque primo. unitas enim rationis causandi sumitur penes unitatem primo causati obiective. sed materia prima est primo naturaliter causa compositi cum illius sit causa intrinseca. ergo non est primo causa forme. dicendum quod materia habet rationem cause respectu forme formalis cum ab ea dependeat. Et ad rationes dicendum quod causalitas dupliciter dici potest intrinseca unomodo. ex hoc quod causa est pars intrinsece constitutiva causati. et hoc modo maior illa assumpta non est vera. Alio modo generalius ex hoc quod causa unitur alicui cum quo constituit aliquod unum intrinsece et tali modo maior rationis est vera quomodo minor assumpta sub ea est falsa ut patet. Ad secundum dicendum quod maior illa non habet veritatem in illis quorum unum de per se ordinatur ad alterum. et quia forma immediate et essentialiter ordinatur ad constitutionem compositi potest materia eque primo naturaliter esse causa forme et compositi quantum est ex parte sui. licet forte quantum est ex parte finis vel quantum ad intentionem agentis sit prius naturaliter causa compositi quam forme. quare probabiliter dici potest quod sicut agens eadem actione producit formam et compositum sic materia eadem causatione intrinseca causat formam et compositum licet alio modo intrinsece formam quam compositum. Ideo et per nullam causationem potest causare formam formalem nisi causando compositum nec econverso si compositum ultimate constituatur in esse per formam formalem materialem. propter quod etiam consequenter negandum est quod materia prius uniatur forme quam constituat compositum. Utrum autem materia sit magis causativa forme formalis quam accidentalis visum fuit quinto huius questione quinta decima.

Propter quartum

quidem huius ad primum patet quod licet materia cum

sit ppetua pozitate originis vl gñatióis pcedat ɔpositū de qua priozitate nō fit métio ad presens non tamen pfectione.

Ad confirmatióem vero illi⁹ maiozis qc qd sit de prima ɔpositióe ibidez assumpta q vera videt geometrice vl arismetrice loquédo. minoz illi⁹ ɔfirmatóis nō ē vera. ꝛ si dicat q̄to aliqd magis recedit a corruptione tāto magis a nō gradu entitatis recedit. ꝫ esse ppetuū infinite recedit a gradu corruptionis g° ꝛc. negetur maioz nā corruptibilitas ꝑ se arguit impfectióem vel tendentiam ad nō gradum. sicut incorruptibilitas entitatem.

Ad 2ᵐ pncipale dōm q ordo pozitatis nate ē duplex. s. cuz cāitate ꝛ in tali ordine vez est q posteri⁹ nō pōt esse sine pozi. Ali⁹ est ordo pozitatis nē sine cāitate ꝛ in tali posteri⁹ pōt esse sine priori ꝛ ita euēit in ɔposito. forma eniz prioz est mā vt dicebat qz pfectioz sic tñ q nō est causa e⁹ cum mā sit ppetua ꝛ ingenerabilis iō mā pōt esse sine forma. q̄uis inter mām ꝛ formam ꝓm eaꝝ causatióes sit depēdentia ꝛ ordo essentialis. Cū iō mā materiet hoc ɔpositum qz est sub hac forma. non aūt ideo forma ɔituit h̄ ɔpositū qz est in hac mā. magis g° in cāndo mā dependet a forma q̄ ecōuerso vt Sco. quinto methaphisice.

Nota tñ q etiaz in ordine priozitatis nē vbi est cāitas posterius pōt esse sine priori dū tñ cāitatē illi⁹ prioris possit supplere alia cā prioz. sicut accñs potest esse sine subiēo ñ obstante q subiēm sit pri⁹ nālr ꝛ causa accidētis qz causalitas subiēi pōt suppleri a causa prima sicut de facto in sacramēto altaris. Sz ɔtra cāitas sbiēi respectu accñtis est cāitas materialis. ꝫ illaz de⁹ non pōt supplere sicut nec fōmalis sicuti Sco. in iiij°. di. xij°. Dicūt qdam q cāitatē maialē ex qua non pōt de⁹ supplere talis aūt nō est cāitas sbiēi respectu accñtis. sꝫ ē cāitas maialis i qua.

Ad tertium rñr q substare nude in potētia receptia nō est ꝑ se rō substantie sicut substat maīa. ꝫ rō ꝑ se substantie est ꝑ se existeꝛ sepabile ab alijs nō depēdens. Sz istud nō ɔuenit maīe nisi p formaz. Et ad auctoritatez pħi dōm. q substantia pria nō dr̄ talis solū qz substat alijs. Sz qz existit in se nō depēdens. ꝛ intelligitur ɔpositio illa respectu sbaꝝ scdaꝝ ꝛ accñtiuz non respectu forme p quam pria substantia subsistit.

Ad quātum rñt Sco. q de necessitate est dare aliud esse forme ꝑse p qd esse e⁹ ꝑse sit prioz ɔposito illud aūt nō est esse existétie q ɔpositū est ꝑse ens qz illo mō forma est ꝑaccidens sicut ps p esse toti⁹. Sz est ɔpriū ēe forme tam qditatiuū q̄ existentie ꝛ esse illud est quo aliud existit. Sz illō esse pcedit cōpositum. ꝛ illō esse est simplr nobili⁹ esse cōpositi. Cū g° dr̄ q forma est ens paccñs verū est de entitate que ē ꝑse ɔpositi qz forma existit p ɔpositū. tñ est ens ꝑse ꝑ ɔpriū esse.

Et hanc sentétiaz ɔfirmat in q̄bꝫtis dicēs pōt tñ distingui de esse. vno⁹ esse pōt intelligi illō quo prio formalr aliqd recedit a nō esse. prio aūt recedit a nō esse p illō p qd aliquid est extra intellectuz ꝛ potētiam sue cause. hoc mō cui⁹libz entis extra intellectū ꝛ causaz est ɔpriū esse. Alio° dr̄ esse act⁹ vltim⁹ cui. s. nō aduenit aliqs ali⁹ dans esse simplr ꝛ ipm dr̄ simplr hr̄e esse cui prio cōuenit esse sic dictuz. prio inq̄ sic q nō sit alicui alrī rō essendi illo esse. Isto mō ɔpositū pfectū in spē dr̄ esse ꝛ solum illud. pars autē eius dr̄ esse p accñs tm̄mō vel magis prope pticipatiue isto esse toti⁹ sic igit solū ɔpositū est ꝑse ens accipiendo esse scdo° hec Scotus que etiam adducta fuerūt quarto huius questione secūda. Ex quib⁹ patet solutio quarūdam instātiaꝝ leuium cuiusdam moderni ɔtra Sco. duz dicit q forma singularis que est pars totius ɔpositi singularis nō videtur habere esse sibi proprium. s. esse essētie quia tale attribuitur essentie ꝛ non ɔposito singulari. Sz forma partis indiuiduata p mām non est essentia neqꝫ pars essentie. cū essentia ꝛ natura idem sint.

Amplius vult hic pħs q forma sit prioz materia qz materia est ens actu per formaz ꝛ ex eodem forma est prioz composito. Sz

esse quo aliquid est ens actu est esse existētie igitur Aristo. solū hic loquitur de esse existētie & nō de esse essentie.

Adhuc si totū dicat esse ipi forme. qd vēbum tū nō dixit Sco. q̄rit iste aut formalitē aut effectiue. mā enim nō dicat ꝗ accipit esse similr nec finis dat esse nisi p cām efficientē non effectie qꝛ cū idē sit esse existentie forme & ꝯpositi sequeret̄ ꝙ esset causa sui esse & cōseq̄nter causa sui ꝙ est falsum. nec formalitē qꝛ ꝯpositū nō ē forma. gᵒ formalr nō dicat.

Concludit ergo iste ꝙ forma hn̄ hēt esse in toto. ꝗ non hēt esse dicatuꝫ sibi a toto forma ergo dicitur esse p alterā. s. p ꝯpositū mate rialr & subiectie sicut in quo subsistit nō aūt sicut a quo effectie nec formaliter. Sꝫ ꝯpositum hēt esse formaliter a forma. Facile enim ex fundamētis Sco. soluunt̄ instātie iste. tū qꝛ falsum assumūt in pluribus. tū qꝛ ꝓcedūt equoce de esse. tū etiam qꝛ iponunt illi qd ipse non dixit quare ꝛc.

Ad vltimū ex dictis idefinādo pꝫ solutio.

Rit̄ quarto qd vtrū mat̄ia sit ens & ārguit̄ negatie pᵒ

Mediuꝫ inter ꝯtradictoria est nō ens quarto methaᶜᵉ & prio posterioꝝ. ꝗ mat̄ia pria ē mediuꝫ inter esse & non esse Cōmentator primo phisicorum ergo ꝛc.

Cōfirmatur cuiᵒ forma est nō ens ipꝫ nō est ens vt d se pꝫ. Sꝫ materie fōma est p̄uatio Cōmētator ibideꝫ. p̄uatio aūt est nō ens Philosophus ibidem.

Amplius mat̄ia nec est ens naturale nec mathematicum nec diuinum igitur ꝛc. aūs ꝓbat̄ prio ꝓ pte p̄ma qꝛ nullum motuꝫ hēt determinatū nec est ens mathematicum nec diuinuꝫ qꝛ hec sunt abstracta a materia viᵒ methaᶜᵉ & prio de aīa. materia aūt nō est abstracta a materia vt constat ergo ꝛc.

Confirmat̄ materia nō est sba nec acciñs gᵒ ꝛc. ꝯña pꝫ qꝛ ens diuiditur p sbaꝫ & accidēs prio phicoꝝ & vᵒ. methaᶜᵉ. añcedens ꝓbatur qꝛ materia non est qd nec quale nec q̄titas nec ad aliquid neq; aliquod aliorum gbus diuisum est ens ꝛc. nec priuationes ipsorum. Et si dicatur ꝙ mat̄ia ē aliquod illoꝝ in potētia nō in actu. ꝯtra aut mat̄ia ē in potētia mat̄ia aut forma aut cōpositum & quomōcūq; dicatur recipit instantiam.

Adhuc sbiēꝫ gn̄atōis simplr nō est ens. ꝗ mat̄ia ē hᵒmōi gᵒ ꝛc. maior ꝓbatur qꝛ Ari. prio phisicoꝝ ad ꝓbandum ꝙ gn̄atio nō sit motus. s. vns & ꝓprie dictus sic āguit. quod mouetur ē quod gn̄at non ē. gᵒ gn̄atio non ē motus. In minori aūt istius rōnis Aristot. nō accepit tēminum gn̄ationis qꝛ cōsimilitē motus tēminus non ē nec in maiori itellexit subiēm & in minori tēminum qꝛ argumētum essꝫ in quatuor tēminis. relinquitur gᵒ ꝙ intellexit subiēm gn̄ationis quod ē mat̄ia de q̄ dixit ꝙ ipsum non est.

Confirmatur sicut tēminus gn̄atiōis simpliciter ē forma substātialis q̄ facit esse actu ita tēminus corruptiōis ē p̄uatio forme q̄ nihil aliud ē ꝙ̄ mat̄ia sunt. n. vnū numero primo phisicorum.

Amplius mat̄ia non differt a p̄uatione q̄ ē non ens gᵒ ꝛc. aūs probatur qꝛ differētia essētialis mat̄ie ē potētia. Auero. i libello de substantia orbis mat̄ia substētatur p posse. potētia autē inest sibi p p̄uationē q̄ ē nō ens Sꝫ pp quod vnūq̄d; tale illud magis ē p̄mo posterioꝝ gᵒ ꝛc.

In oppositum ē phs in hoc vijᵒ. textu cōmēti octaui. Et dico materiam illud quod p se non dicitur qualis ē nec quantum nec aliquid eorum p que terminatur ens. est eni aliquid de quo dicitur vnūq̄q; istoꝝ & essentia illius est alia ab essentia cuiuslibꝫ p̄dicabil. Et prio phisicoꝝ ꝓbat materiaꝫ esse ens distinctum a priuatione. Idem vult Auerro. in libello de substātia orbis. Materia q̄ est p̄ncipium p se p̄mo phisicorū & p se causa. secundo eiusdem & quinto methaphisice gᵒ ꝛc.

Propter primum quidem huius quid sit materia visuꝫ fuit secundo huius questiōe quarta. quid vero ens primo huius questione prima.

Et

Propter secunduz quidez hui⁹ Platonici vt p̄rio innuitur phi sicoruz insufficiēter de p̄uatiōe determinantes eam a mā nō distinguētes crediderūt q mā sit non ens sicut ꝛ priuatio moti rōne pmēn dis que fuit ista. quicqd est p̄ter ens non est ens. Sz mā non est illud ens p̄ter quod q̄li bet est non ens g° mā est non ens ꝛ ɔñr ɔcel sere q p̄uatio est de substātia mē. Quorum improbatio ibidem apparet. Illa enim sunt distincta quoꝝ vnuz manet ꝛ aliud non pri mo apparens de gñatione. Sz mā semp ma net p̄uatio aūt nō. qꝛ cū p trāsmutatiōnē for ma introducitur in mā p̄uatio illius forme corrumpitur. Sz matēia manet ideo nō sūt eadez. Adhuc p̄uatio cū circuat omne p̄ dicamētū nō ē idē cū mat̄ia q̄ ē sbstātia g° ꝛc.

Quidā autē alij dixere materiā esse ens in actu. s. corpus ignis vł aeris vt p̄rio spz phicoꝝ qđ vtiq ap̄d pypatheticos viores non est tenendū qꝛ si ita esset cum in vtroq trāsmutationis termīo maneat eadez mat̄ia p̄ria qcquid eueīret illi subiēco ꝛ mē essz acci dens qꝛ adueniret enti in actu vt arguit Cō mētator ɔtra Auicen. p̄rio phicoꝝ p̄mo ex hoc sequeretur q oīa entia essent eadez sub stātialr. p̄mo nō essent nisi subiēcꝫ illud i actu ꝛ ɔñr non differrēt entia nisi accidentaliter. Posteriores vō qdam in erroribꝰ hoꝝ an tiquoꝝ radicati dicūt q materia nō ē ētitas qꝛ si sic hoc p̄cipue ɔuinceretur qꝛ trāsmuta tioni necesse est subici aliqd illud aūt tale so luz videt̄ materia. Sz dicūt ipi q id quod gñationi subicitur nō est mat̄ia nec aliquid cōe gñato ꝛ corrupto. Sz est ip̄m corrūpen duz qđ non manet in fine gñatiōis. Quod iteꝝ ɔfirmāt qꝛ in generatiōe simplr totum trāsmutatur in totū p̄rio de gñatione qꝛ nihil manet commune generato ꝛ corrupto.

Contra quos inuehit Sco. qꝛ p̄us nālitē corrūpendū nō ē añq gñatuz fiat. g° si nihil corrūpēdi manet in p̄mo instanti in q̄ gñans gñat. g° generat de nihilo. ꝛ p ɔñs gñatio es set creatio qđ est falsum. Sz rñt hij tales q p̄ducere ex nihilo duplr audiri pōt. vno° sb iectīe ꝛ taliꝰ mō agens nāle p̄ducit de nihilo. Alio° iniciatiue ꝛ sic agens nāle ex nihilo ñ p̄ducit qꝛ p̄ducit ex t̄mino a q̄. deus autem vtroq mō p̄ducit ex nihilo ꝛ talis p̄ductio est creatio nō sic in ꝓposito cuz illa p̄ductio nālis sit de aliq̄ saltē iniciatiē ꝛ nō subiectīe

Contra agens hñs in sua virtute actiua tum effectuz nō minus illuz p̄ducit. lz nō ap ponatur aliud p cuius p̄sentiā magis debili tatur v̄tus eiꝰ q̄ fortificetur. Sz p actionez in ɔtrariū magis debilitat̄ v̄tus actiua agen tis q̄ fortificet̄ qꝛ agens nāle agendo repati tur. g° si vt dicūt sic opinātes ignis generās hēt in v̄tute sua actiua totuz effectum cū ni hil eiꝰ supponat seqtur q ignis gñans ignez ex aqua non minꝰ p̄ducit ip̄m sine aqua q̄ cū aqua. ꝛ p ɔñs talis p̄ductio erit ō nihilo tā sbiectīe q̄ iniciatīe. ꝛ p ɔñs erit creatio.

Confirmatur agens nāle potēs in aliquē totum effectum necessario ip̄z aliqñ facit ñ impedituz ex nono metaphisice caº quarto Sz p āmotionē ɔtrarijsiue corrumpēdi am mouet̄ impedimētum agētis qꝛ ex actione in ɔtrariū impeditur in sua actione. g° ñ posito ip̄o corrumpēdo in qđ agat necessario p̄du cit totū effēm illū ex nihilo. vtroq mō g° cre abit nec cogit illđ qđ adducit̄ ex phō p̄ ō gñone q totā mutat̄ in totū. Illa. n. ꝓpō vā ē si totū accipiat̄ cathegorematice cū eiꝰ in tellectꝰ sit q totū ɔstitutū vtputa aer mutat̄ in totū aliud puta in aquam. nō aūt est vā si totum sumatur syncathegorematice qꝛ eius tunc esset intellectꝰ q q̄libet pars mutatur in quālibet partem qđ falsuz est cū maneat ma teria cōis. quid autē sit totuz cathegorematī ce ꝛ quid sincathegreumatice visum est ex dyaletice principijs·

Propter tercium quidem huiꝰ dōm in primis q materia est ens. qđ multipliciter p̄batur. primo Illud quod manet idem sub vtroq termino muta tionis est ens. trāsmutatio enī fecit scire ma teriaz Auerro. viijº. methaᶜᵉ. omne enī agēs

nāle req̄rit passuȝ in q̄d agat. sicut igitur in trāsmutatione accñtali trāsmutās trāsmutat aliquid manēs idem ab vno in aliū tēminuȝ qꝛ albedo nō fit nigredo. sȝ aliquid cōe q̄d prius fuit albuȝ fit postea nigrū. sicut in trāsmutatiōe sbali puta in gñatiōe generās trāsmutat aliq̄d a forma in formā ⁊ illd ē materia. ⁊ hec est rō phi p̄io de generatione.

Adhuc mā est fundamētuȝ ⁊ receptaculum oiuȝ formaꝝ nāliuȝ. quare phs eaȝ appellat pandaseos. i. receptaculuȝ formarum scdo de generatiōe. materia ēt est pars rei ⁊ nihil aliud ab ea est ipse subiēm generationis vñ p̄mo de generatiōe inquit ꝙ mā prima q̄ ibidem vocat yle est maxime sbiēm gñationis ⁊ corruptionis ⁊ est ipse termin⁹ corruptionis ſȝ Augusti. quicquid dixerit. s. Tho in p̄ia pte q̄oe. xxxv^a. qui voluit ꝙ creatō ꝓprie sit subsistētium sicut ⁊ gño vt ibidem deducit. Materia etiaȝ est ingenerabilis ⁊ incorruptibilis p̄io phicoꝝ. ⁊ est ipse causa scdo eiusdem ⁊ p̄cipiuȝ reꝝ nāliuȝ ibideȝ in p̄io. Constat autem ꝙ oia hec non enti n̄ possunt conuenire quare ꝛc.

Amplius illud ex quo oponitur aliquid est ens nam nō ens nō est de ꝯpositione entis ſ ex ipsa mā prima aliquid corrumpitur. s. substantia naturalis ergo ꝛc.

Adhuc si mā prima esset nō ens. tunc aliquid fieret ex nihilo q̄d phice pro impossibili habetur. quaꝛ phs p̄io phicoꝝ in hoc cōuenerūt omnes qui de nā locuti sunt ꝙ ex nihilo nihil fit. ꝯña autēȝ deducitur qꝛ mā prima est primum subiēm ex quo fit aliquid cū insit vt cōmuniter conceditur.

Dicēdum scdo ꝙ mā prima nō est forma nec de se formam habēs ⁊ ꝯñr non est ens in actu. quod multipliciē declaratur. tuȝ p̄mo qꝛ recipit omnes formas nāles nullam de se hñs. recipiens eniȝ debȝ esse denudatuȝ a nā recepti Auerro. 3°. d aia. tum ēt qꝛ dato opposito sequeretur ꝙ omne aduēiens mē p̄ie essȝ accñs qꝛ aduēiret enti in actu. ⁊ ita nulla esset trāsmutatio sbalis. tum ēt qꝛ si haberet formam ⁊ esset ens in actu ista forma nā q̄ corrūperet qꝛ nō hr̄et contrarium.

Dicēduȝ 3°. ꝙ mā p̄ia est ens in potētia pura d sic q̄d ꝓbat illd q̄d ē ens aliq̄ mō ⁊ nō ē act⁹ nec de se hñs actū. illd est ens in potētia ſ materia est huiusmodi ergo ꝛc.

Cōsiderādum tñ ex doctria Sco. in hoc vij°. vt tactū est ēt in v°. hui⁹ q̄oe vij^a. ⁊ diffuse hētur in viij°. hui⁹ q̄oe tertia. ꝙ aliq̄d ens esse in potētia dupl̄r dr̄ vno° vt subiēm po^e in q̄ est po^a sicut supficies dealbāda. alio mō sicut tēmin⁹ potētie ad quē est potētia [illegible]cut albedo generāda. P̄ria autē potētia dr̄ sbiectia. scda vō obiectia nec sunt eedeȝ ille due potētie possūt eni separi. q̄d eni ē creabile vt angel⁹ est in potētia obiectia [illegible] tñ sbiectiua cū de eo n̄ verificeť hoc v̄buȝ est ſȝ adiacēs. q̄ñq̄ tñ sumitur in eodem qꝛ eadeȝ potētia inest subiēo dr̄ subiectia. ⁊ illa eadeȝ vt est illius ad q̄d est dr̄ obiectia ⁊ sic rosa nō exñs ꝯpata ad agens dr̄ esse in po^a obiectiua. loquēdo g° de mā in ꝓposito dōm ꝙ mā nō dr̄ ens in potētia obiectia sicut albedo añ q̄ fit. tū qꝛ esset simpl̄r nō ens. tuȝ ēt qꝛ talis potētia obiectia numerať fm numeꝝ actuuȝ mā aūt est vna respectu oium formaꝝ. tum ēt qꝛ ens in potētia obiectia nō est subieȝ trāsmutatiōis ſ termin⁹. Sȝ mā est subieȝ in potētia. eo ꝙ mā poniť ens in potētia sbiectiua eo mō q̄ supficies est in potētia ad albedineȝ ita ꝙ materia est ens receptiuȝ act⁹ substātialis p̄mo ⁊ act⁹ accñtalis secūdario. Et si q̄ratur vtꝝ materia sit ens actu aliq̄ mō dicēduȝ ex Lincoñ. p̄io phicoꝝ ꝙ materia ē entitas actualis actualitate p̄sentialitatis existētie in actu trāscēdēti entitatiō q̄ actus est modus quidam intrisecus ꝯñs entitatē ꝓpriam cui⁹libȝ rei. lȝ ipa materia nō sit in actu formali seu specifico qui est effect⁹ ipius forme nisi [illegible] formam ⁊ ita describitur materia ꝑ esse ens in potētia eo ꝙ maxime receptiua actus. Est ergo ens in potētia subiēiua ⁊ magis q̄ subiēm accñtis vt inqnit Sco. qꝛ minus hñs in se actualitatis ⁊ actualitatis magis capax.

Ex quibus determinatis inferēdum est ꝙ

cū materia habeat entitatem positiuā realē sicut ⁊ forma qꝛ ɔponūt totum ɔpositū reale ꝙ entitas mē realiter distinguitur ab entitate forme cū entitas mē remaneat cōrupta entitate forme vt pȝ in corruptiōe brutiꝫ iō ▪ viam separatōis inuestigari potest earum realis distinctio.

Sed hic incidūt difficultates nō pauce. prima vtrū mā pria hēat aliquā formā sibi coeternā. scōa an potētia mē sit eadeȝ illi essentialr siue realr. tertia an mā sit substātia vl includat respectū in sui essentia. quarta vtrū actualis sepatio mē a forma qualibȝ implicet contradictionem.

Ad priam pōt vno° rñri iuxta doctrinaȝ Alberti prio phisicorꝫ ⁊ v°. metha^ce ꝙ materia hēt formā vnā sibi coeternam p quam velati p dispositiōem substātialeȝ recipit alias formas speciales ▪ talis est forma corpeitatis vt inqt L incoñ. quā in libello de luce lucē appellauit. vñ Albertus in summa theologie hec forma est hituī qdaȝ in mā qui habuit ortum ex creatiōe marie prie ⁊ est quidam splēdor plustrans mariam generabiliū in quo reducitur omne id qō marie dat ēe ⁊ cognoscibilitatem ⁊ ex illo ducitur omnis forma tāq̄ ex radicali pricipio. Et in cōclusione pncipali adhesit Auicen. huic positioni qui prio tractatu sue sufficiētie caplo secūdo ponit in materia pria formā corpeitatis ▪ q̄ sunt in materia prima dimensiones. Quare Albertus quinto methaphisice tractatu secūdo caplo tērio inqt. licet aūt corpus sit cōpositū ex materia ⁊ forma ⁊ corporeitas q̄ est substātialis forma pria corporis nō sit ▪ si ɔtinuitas apta penetrari trib⁹ dimēsionibus. tñ ple nō est sepabilis ab hui⁹ mōi forma pria ita ꝙ realiter existat actu sine illa. Hoc aūt pbat Albertus ibidem rōibus q̄rū pria est. si materia posset separi a corpeitate detur hoc enim posito possibili nihil accidit impossibile. sepata g° materia aut ē diuisibilis actu aut nō. si sic cū diuidi sit propria passio continui ip̄a materia esset continua ⁊ cū non habeat nisi continuitatem corporis sequitur ip̄aȝ esse corp⁹ qō est contra ypostaliȝ. Datum enim erat ip̄aȝ esse sepatā ▪ forma corporis. Si aūt est indiuisibilis aut i adiuisibilitas est ei essentialis qō falsum est qꝛ susceptibilis est forme corporis ⁊ p ɔñs susceptibilis est diuisionis. Si aūt nō est ei naturalis tūc est ei accñtalis ⁊ sic accidentale esse erit qō nō constituetur p se ibīēm in se perfectum quod esse non potest.

Secunda ratio si materia seperaretur a corporeitate aut esset designabil' in loco aut non. si sic cū esse id qō realitē in loco designatur sit diuisibile sequitur materiaȝ esse diuisibilem. Si aūt non est designabilis in loco. aut habet sitū aut non. si sic tunc est punctus ⁊ cuȝ ad omne punctū duci possit linea ducetur linea ad ip̄am. si aūt non habet situm. aut eniȝ acquirit formā corporis subito aut successiue. si successiue tūc esset diuisibilis qꝛ omne qō mouetur est diuisibile. si autē accipit subito aut eā accipiet in omni loco subito aut in nullo. aut in vno ⁊ nō in alio. si primuȝ cum non sit causa quare accipiat eaȝ in omni loco nisi qꝛ est in ōi loco ⁊ diuisibile ⁊ q̄ntuȝ. ergo forma corporis inuenit materiaȝ sub forma corporis que uenit ad eaȝ. nō aūt potest dici ꝙ nusquaȝ inueniat eam corporis forma quando accipit eam. quia hoc est impossibile apud quemlibet. si autem dicatur in vno ⁊ non in alio hoc erit irrationale etiam assignare volenti.

Tertia ratio si materia sit separata a cōposito constat ꝙ separata erit indetermiata quod autem materie separate ⁊ simplici cōuenit. ei essentialiter competit. ergo materie essentiale est esse indeterminatum. palam autem est materiam fieri determinatam per cōtinuitatem ⁊ mensurarum acceptionem. igiť due materie aut sunt p omnia ideȝ aut sunt diuēse. si primo modo vniātur cuȝ ergo vnita sint aut totum quod prouenit est equatuȝ parti. quod materialibus est inconueniens. aut altera pars destruetur ⁊ nō erit assignare quid destruit eam aut vtraq̄ destruitur. Et iterum illius nulla est ratio. aut oportet

dicere q habūdet cū altera. Et iterū illius nulla existēte mēsura nō erit assignare rōez.

Ex omnibus aūt hijs manifestum est materiam a corporeitate nullo modo posse separi. quod autem materia sit maioris aut minoris spacij vel rara vel densa vel figure huiusmodi vel illius hoc habet a forma phisica que est separabilis ab ipsa hec Albertus.

Est igitur materia corpus per quandam formam communem quam formam sequuntur dimensiones interminate. hec autem forma secundum se vacua est ab hac forma et ab illa. et eius aptitudo est recipiendi omnes formas specificas. Sed hec aptitudo est duplex. quedam vniuersalis et est secundum q ipsa corporeitas absolute in se consideratur vt cōmunis est omnibus. aliqua est propria vt ista corporeitas secundum dispositiones aliquas apropriatur quodammodo formis aliquibus et nō alijs. et ita corporeitas in eo quod est corpus vniuersale et secundum formam corporeitatis est forma prima.

Qualiter autem respondendum sit apud eos qui tenent formam substantialem vniri materie nude vt sensit et docuit sanctus Thomas in prima parte questiōe septuagesima sexta articulo sexto. dum inquit. Impossibile est quod aliqua dispositio accidētalis cadat media inter animam et corpus vel inter quamcunq formam et materiam suam. Et huius ratio est quia cum materia sit in potētia ad omnes actus ordine. oportet quod illud quod est primum simpliciter in actibus primo in materia intelligatur. primum autē inter oēs actus est esse. impossibile est ergo intelligere materiam prius esse calidam vel q̄tam quā esse in actu. esse autem in actu habet per formam substantialem que facit esse simpliciter vt iam dictū est. Unde impossibile est q quecunq dispositiones accidentales preexistant in materia ante formam substantialem. et per consequens ante animam hec ille. Et resolutionem fieri vsque ad materiam primam vt cū eo tenuit Scotus inferius in octauo huius questione prima dilucidabitur.

Ad secundam difficultatem respondendo. Tenent predicatores et est eorum famosa doctrina q contradictionem implicat materiam a forma posse actualiter separari q̄r ratio est multiplex. primo quia vnūquodq est inquantum habet esse et suum proprium actum. ergo si materia sit ipsa habet suū proprium actū et esse. Sed actus suus est forma quia ipsa est in pura potentia ad formam. si ergo sibi conuenit actus hoc est per formam ad quam est in potentia.

Adhuc nulla res participat essentiā formalem alicuius rei nisi participet formam illius rei. sicut paries nō dicitur albus nisi habeat albedinem. ergo materia non potest dici ens nec esse nisi in se habeat formam. et per cōsequens materia non potest ēe siñ forma.

Amplius si materia possz esse sine forma sane audiendo ponatur in esse possibili enim in esse posito nullum sequitur inconueniens primo priorum. vel ergo materia sic separata esset actu ens vel existēs perse aut cū alio non enim potest prescindi ab vtroq alias poneretur in rerū natura aliquid in genere entium quod nō contineretur sub aliqua specierum entis quod est falsum. si perse existens et non cum alio ergo indiuiduum et per consequens habet formam cum forma in quolibet contineatur indiuiduo. si sit existens ratione alicuius alterius aut illō erit forma aut compositum et sic habebit formā quodcūq horum dicatur. nec est dicendū q illud aliud sit esse ipsum qa nihil perse existit in suo esse nisi deus.

Adhuc q contradictionem implicet arguitur virtus vniuscuiusq rei existimanda ē secundum modum essentie et nature cuius ē virtus. Unde si forma cuius est aliqua virtus sit limitata virtus eius erit limitata et si nita si vero non. non. Cū aūt deus sit actus purus et in se purum esse habens omnē plenitudinem essendi virtus eius potest extendi ad omne id quod potest pārticipare ēsse et si ad omnia nō extendatur hoc erit quia ibi

repugnat ratio essendi. Sed materie prime repugnat esse sine forma quia esset ens et nō ens cum non haberet suum proprium actū per quem solum sibi conuenit esse. ergo mā nullo mō nālr nec supnālr pōt ēe sīn ꝛc.

Adhuc si materia posset stare sine ꝛc. et causari aut ergo per se crearetur aut per alterā siue per accñs. non primū qꝛ tunc creatio terminaretur ad alterā partem compositi. et non ad totū compositum qḋ est falsum. qꝛ quod per se creatur est id quod per se est illud autē est totum compositum vt patet in hoc septimo. Si vero creatur ad creationē alterius oportet quod sit creata ad creationē cōpositi totius et sic non erit sine forma.

Amplius vl materia sic separata erit ens sub aliqua spetie et tunc habebit formā specificā vel nō et sic aliquid erit in genere qḋ nō erit in aliqua specie.

Adhuc quilibꝫ actus essentialiter est forma septimo metha^ce^ ſ materia vt dicūt aduersarij est actu sine forma. ergo erit actu sīn actu ꝙ implicat contradictionē et ꝯsequenter deo repugnat hoc fieri.

Amplius et est ratio Heruei nulla res potest esse i rerū natura quacunqꝫ virtute. sine actu quo aliquid simpliciter est ens actu. sicut nihil est album sine albedine. Sed materia non potest esse id quo aliquid simpliciter est in actu. qꝛ oppositum actus conuenit matēie secūdum essentiā. s. esse in potētia. igitur matēia nō potest ēe quacūqꝫ virtute sīn forma.

Adhuc plus dependet in esse materia a forma ꝙ ecōuerso ſ forma mālis nō potest esse sine materia vt cōmuniter ꝯceditur ergo ꝛc.

Amplius sicut quātitas ad figuram ita materia ad formā. ſ qītitas nō pōt ēe sine figura qꝛ alias esset illimitata actu et infinita.

Adhuc tale ēe ꝙ hrēt mā separata a forma vl essꝫ sibi accñtale vl substātiale nec dici pōt ꝙ abstrahat ab vtroqꝫ seclusa opatione intellect⁹ qꝛ alias inter sbam et accñs daretur mediū ꝙ est cōtra phūꝫ. nō pōt dici ꝙ sit esse accñtale qꝛ esse accñtale in eodē presupponit sbale ēt apō adūsarios. si vō illud sit esse sbale sequitur ꝙ mā hēbit formā substātialē. qꝛ sicut nihil denoiatur hre esse accidētale nisi p formā accñtalē ita nec esse sbstantiale sine forma substantiali ergo ꝛc.

Et si dicatur contra qꝛ omne pus altero duratōe et tempe pduci pōt saltē diuina virtute sine posteriori. ſ mā respctū forme ē h⁹ mōi. dōm ꝙ maior illa nō est vā de pori generatōis aut tēporis sm ꝙ subiēm genratōis pcedit terminū et pcipue dū illud pus depēdet in esse actuali a posteriori. Sꝫ cōtra gēd pōt pria causa cū secunda pōt se sola vt saltē theologice tenetur. ſ de⁹ pōt mē dare esse actu mediāte forma gᵒ ꝛc. Dicēdū ꝙ maior est vera exceptis hijs in qbus effect⁹ nō depēdet a causa scōa in esse actuali et forma sī. Et si iterū instetur qꝛ deus pōt facere accidēs sine subiēo gᵒ mām sine forma tenꝫ cōsequētia qꝛ magis depēdet accñs a subiēo ꝙ mā a forma. Dicēdū negādo ꝯñā et rō est qꝛ accñs de se est qdam actus mā aūt de se ē pura potētia. Contra ex illo seqretur ꝙ sbstātia creata possꝫ esse circūscripto omni accidēte ab ea tꝫ ꝯña qꝛ est ens in actu. ꝯñs tñ est falsum et ꝯtra. s. Tho. in qlibetis qlibeto quarto. duꝫ inqt ex hoc ipo ꝙ sba creata cōpatur ad ipm creatorē. ꝯseqtur ipam aliqḋ accñs. sicut ipa relatio creatiōis aut sꝫ vtutem aut alia ꝯsimilr relatio. Vñ sicut deus nō pōt facere ꝙ creatura non depēdeat ab ipo ita non pōt facere ꝙ esset sine huiusmōi accidētib⁹. hec ille. Dicēdū negādo ꝯñam qꝛ ꝙ creatura nō possit esse sine quocūqꝫ accñte ꝙ uis sit ens actu hoc est qꝛ non hēt esse de se ipa. ſ esse hēt p depēdentiam ad priam causam vt. s. Tho. in pria pte qōe. lxvi^a. articulo prio. ex qua habitudine sibi inest relatio creature ad creatorē. nec pōt esse sine tali relatiōe qꝛ esset facere ipaꝫ nō depēdentē a primo nec essꝫ facta ꝙ est impossibile. nō aūt ita est de accñte qꝛ nō hēt necessario depēdētiaꝫ ad subiēm nisi pp imperfectionē eius iō pōt a subiēo abstrahi et esse sine subiēo. Sꝫ cōtra quecunqꝫ sunt realiter distincta deus potest separe et sepatiꝫ cōseruare. sed mātia et for-

ma sunt huiusmodi ergo &c. Dicendum quod maior est vera dummodo inter illa duo non sit habitudo vel dependentia necessaria sicut materia et forma. subiectum propria passio. relatiuum et correlatiuum. perfectio et perfectibile loquendo de essentiali perfectione. et taliter audiendus est ut dicitur articulus parisiensis id dum intonuit.

Minores autem et precipue Scotus in secundo sententiarum dis. xij. difficultatem hanc determinantes dicunt quod de facto materia est ab omni forma separabilis realiter. quia ab hac et ab illa et sic de singulis. et non est dare formam a qua materia non sit separabilis licet nunquam de facto ipsa sit ab omni forma simul et actualiter separata.

De possibili autem dicendum quod materiam esse separatam ab omni forma est impossibile potentia phisica. quia virtute nullius agentis naturalis hoc est possibile. licet materiam separatam esse ab omni forma sit possibile potentia logica. quia non implicat contradictionem quecunque entia absoluta realiter distincta ad inuicem separari qualia sunt materia et forma. Ex quibus patet solutio rationum Thomistarum coadiuuante distinctione habita in declaratione tercie conclusionis. equiuocatio enim eius quod est esse ens in actu obnubilat intellectum ut non possit comprehendere nullam contradictionem implicare materiam ab omni forma separabilem actu. Et si queratur si taliter separata esset in loco. secundo an esset mobilis ad aliquod ubi. tercio an haberet respectum creationis ad deum creantem et conseruantem. Ad primum dicitur quod posset esse alicubi et non alicubi. esset enim alicubi cum poneretur esse infra uniuersum. sic enim esset in ubi non circumscriptiue sed diffinitiue sicut et angelus.

Ad secundum dicitur quod motus sequitur formam. nam secundum exigentiam forme est et motus naturalis siue ad unam differentiam positionis. sicut patet in graui et leui. siue ad omnem differentiam positionis ut est motus animalis principium primi motus est forma naturalis animalis principium secundi est forma naturalis animalis idest anima. Cum ergo materia separata circumscribatur ab omni forma quantum est ex se non mouetur ad aliquod ubi. Et si queratur ubi esset. dicitur ubi deus vellet siue sursum siue deorsum.

Ad tercium respondetur affirmatiue. Nunquid autem respectus ille sit idem ad deum creantem et conseruantem ingreditur a Scoto in quolibetis questione xij.

Ad terciam difficultatem responderet Scotus quod potentia fundamentalis materie solum ratione differt a materia cum nihil aliud sit quam entitas et natura ipsius materie. Sed potentia aptitudinalis materie cum sit eius propria passio licet differat ex natura rei a materia et formaliter non tamen essentialiter. Potentia autem actualis materie realiter differt a materia. quia adueniente forma materia non dicitur amplius actualiter in potentia ad formam. et de istis verificatur sententia Auerroys primo phisicorum. tot sunt potentie actuales materie quot sunt forme in ea receptibiles. et talis est potentia que in aduentu forme corrumpitur. et est relatio realis habens pro subiecto entitatem et naturam materie et pro termino ipsam formam vel ipsum actum qui est recipere formam.

Predicatores autem dicerent potentiam materie esse illi eandem realiter. cum ei actus et potentia sint eiusdem generis sicut actus primus qui est forma substantialis est substantia ita et potentia passiua ad illum actum. nulla autem alia videtur substantia quam materia que est in potentia &c. Sed si queratur an sit una tantum vel plures. Respondet sanctus Thomas in 3° sententiarum dis. xxxiij. et primo phisicorum lectione xiiij quod potentia materie ad esse substantiale est una secundum essentiam. sed multe secundum relationem ad diuersas formas.

Ad quartam difficultatem dicerent minores glosantes illud scholii phisicorum materia refertur ad formam et ambo relatiua quod materia est relatiuum secundum dici non tamen secundum esse.

Predicatores autem tenentes quod nulla relatio realis accidentalis potest immediate fundari in materia quia tunc materia informata illa relatione haberet esse accidentale. et ita esse accidentale precederet esse substantiale quod est contra eos qui tenent unitatem forme in composito. super materia igitur prima non disposita non potest fundari alia relatio quam rationis scilicet relatio materie ad formam non tamen relatio realis de genere ad aliquid licet materia disposita ut habet modum virtutis actiue vel passiue possit fundare relationem de genere ad aliquid. Habitudo ergo materie ad formam substan

tiale3 nō est relatio realis ꝺ genere ad aliqd sed est ipsa essentia materie cu3 quodā modo essendi respectiuo designata. Ad hoc enī ꝙ aliqua sit relatio realis de genere ad aliquid requirit̄ ꝙ sit habitudo ad aliqđ extra secū nō ad aliqd sibi inherēs. ideo int̄ mā3 ⁊ formā ñ est aliq̄ talis relatō real' de genere ad aliquid. correlatiuū eni3 nūquā suscipit̄ in correlatiuo neq3 econtra.

Propter quartu3

quidē hui⁹ ad primū ante oppositu3 cōcessa maiori neget̄ ꝙ materia sit mediū inter contradictoria. sed est mediū inter non ens simpliciter sumptū ⁊ ens in actu. ⁊ taliter audiē dus est sermo Auerroys primo phisicorum.

Ad confirmatō3 potest vno modo respōderi ꝙ priuatio nō est ꝓprie forma materie fm ꝙ est materia prima. quia forma est de essentia illius cui⁹ est fōma. modo nulla priuatio est de essentia materie. q2 tunc non reciperet omnes formas. nō eni3 reciperet illā forma3 cuius priuatio esset eius essentia. sed ꝓ tanto priuatio dicit̄ fōma materie quia aliquā silitudinē habet cu3 forma. na3 sicut fōma est in materia cuius est forma ⁊ non est sepata ab ea loco ⁊ subiecto sed vnita ei sic ⁊ priuatio. est tamē distincta ab ea fm diffinitionē ⁊ essentia3. quia essentia materie nō est ipsa priuatio nec ecōuerso. Aliter dicitur ꝙ priuatio quātu3 ad negatōe3 forme cum sit non ens nō est forma materie. lic3 q̄tu3 ad aptitudinē ipsius materie ad formā que aptitudo cum sit ens potest dici forma materie. Sed vtru3 substantialis vel accidentalis hoc discutiet̄ in hoc septimo questione nona de inchoatōe formarum.

Ad secundū principale respōdetur ꝙ materia ē ens naturale cōmuniter audiēdo ens naturale pro ōi eo quod ꝑ se pertinet ad cōsideratione3 naturalis licet ꝓprie nō sit ens naturale. quia tale est cōpositu3. vt philosophus secūdo phisicorum. Et ad argumētu3 in oppositu3 quod ibi innuit̄. quia nullu3 motu3 habet determinatu3. Dicēdu3 ꝙ ens naturale in actu habet aliquē motū determinatu3 nō autem ens naturale in pura potentia necessario habet motu3 determinatu3 per se ⁊ immediate. sic autē est materia prima.

Ad confirmatōe3 quicqd alij respōdeant dicendu3 puto ꝙ materia nō est aliquod ēs in quod diuidat̄ ens per se cōpletū ⁊ finitū quia nō est per se in genere sed ꝑ reductōe3. licet ipsa sit ens per se prout distinguit̄ contra ens in alio. vt Scotus in quolibetis.

Ad terciu3 principale cōcesso ꝙ Aristo. quto phisicorum vniformiter loquat̄ in maiori illius ratōis ⁊ in minori. concesso ēt ꝙ esse formale nō ꝑdicet̄ de subiecto generationis simplr quod est materia prima. ex hoc tamē nō sequit̄ ꝙ ipsu3 sit nihil sed est aliqđ ens distinctū extra suā forma3. sed esse in actu ⁊ formali bene ꝑdicat̄ de subiecto alteratōnis aut motus alteri⁹ a generatōne ⁊ corruptōe simplr talibus. Sed cōtra q2 motus est actus entis in potentia fm ꝙ in potētia tercio phisicorum. ergo nō videt̄ ꝙ subiectū motus sit ens in actu. Rñr ꝙ de rōe mot⁹ inq̄tu3 motus nō est vt mobile sit actu sed bene potentia. est tamē cōtradictio necessario concomitās motū ꝓprie dictū ⁊ successiuū q̄r ꝛc.

Ad ɔfirmatōe3 rñr ꝙ termin⁹ corruptōnis nō est purum nō ens. q2 sic ex nihilo nō fit aliqd ita nihil corrumpit̄ in oīo nihil. priuatio tñ nō est materia lic3 sint ide3 numero ꝑ quāto vnu3 est subiectū alterius.

Ad quartū principale dicēdu3 ꝙ supposito ⁊ nō cōcesso ꝙ potētia esset essential' differētia materie ex hoc nō seq̄t̄ ꝙ priuatio esset magis differētia. quia illud primi posteriorum ꝓpter quod vnūquodq3 tale ꝛc nō tene3 in causis formalib⁹. Pro auctoritate tamen Auerroys dicēdu3 ꝙ materia nō sustentat̄ per posse q2 reponat̄ in esse ꝑ potētiam sua3 sed bñ sustentat̄ per posse idest cognoscitur substantia eius [illegible] potentiā suā. nec o3 ꝙ illđ tale ꝑ quod cognoscit̄ sit de eius essentia.

Rit̄ quinto qđ

vtru3 ꝙ quid est sit idem cū eo c⁹

est. Et arguit negatiue q2 aliud est magnitudo ⁊ magnitudinis esse ⁊ caro ⁊ carnis esse. 3° de aia. & p magnitudinis esse intelligitur ꝙ quid est magnitudinis similiter de carne. ergo ꝛc.

Amplius si ꝙ quid est sit idē cum eo cu° est sequit ꝙ ipsū generat ⁊ corrumpit mouetur ⁊ quiescit. ꝯñs cōtra pħm in hoc. vij°. vñ inquit ꝙ neq3 species neq3 ꝙ quid est generatur. ꝯsequētia autē est nota ꝑ tanto. q2 illud cui° est quod quid videt singulare cuius sunt actiones ⁊ opationes primo metaphisice.

Adhuc in cōceptis cū materia nō est idē qđ quid est cum eo cui° est pħus in hoc septimo. sed omnia naturalia cōcipiūtur cum materia 2° phisicoꝝ. ⁊. vi°. metaphisice. q2 habent hoc in hoc idest formam in materia ergo in talibus non est idem quod quid est cum eo cuius est.

Amplius si ꝙ quid est esset idē cum ▬ cuius est sequeret ꝙ esset ꝓcessus in infinitū in ipsis ꝙ quid est. quod est impossibile cū res sciant ꝑ sua ꝙ quid est. ꝯñā probatur. q2 si ꝙ quid est esset idē cū eo cui° est. tūc si illud cui° est ꝙ quid est. h3 ꝙ quid est ita ⁊ ipsū ꝙ quid est. ⁊ pari rōe aliud ⁊ sic in infinitum.

In ꝯpositū est pħus in textu commenti xx. Singulū autē nō aliud videt esse a sui substātia ⁊ ꝙ quid erat esse dicit singuli sbstantia ꝛc. Vñ colligit ex eodē. vij°. ꝙ in dictis simpliciter est idē simpľr ꝙ quid est cū eo cui° est licet nō sit idē in dictis ꝑaccidēs vt Cōmentator Auer. ibidē. Sor. nō est aliud ꝙ aialitas ⁊ rōnalitas q̄ sūt q̄ditas ei° ꝛc

Propter primum

q̄de3 h° sciēdū ꝙ ip3 qđ qd est idē est qđ quiditas dictū interdū a pħo ꝙ quid erat esse. interdū vero ꝙ quid est. rei nāq3 essen^a absolute cōsiderata dicit ꝙ quid est. ipa vero ad diffinitū compata sic eius principium essentiale dicit ꝙ quid erat esse ordinē notādo prioritatis diffinitōis ad diffinitū. Est āt ꝙ quid est vt cōmunit exponit id quod q̄ritur ⁊ per quod respōdet in qōe querēte qđ vnūquodq3 est. Et est illud ꝓprie quod colligitur ex p̄dicatis in quid. Unde Auerroys in cōmento. substantia rei est illud quod dicit in responsiōe ad quid est. ⁊ pħus in textu. in qua ergo rōe nō inest p̄dicatū hec ratio ꝙ quid erat esse in singulis. Et tenet ly ꝙ quid ibi nō noīatiue vt inqt Scotus sed genitiue vt signū signati.

Dubitatur tamē vtrū quiditas sit in p̄dicamēto. Dicēdū ꝙ q̄ditas vt quiditas ē ꝑscindēs a quiditate hac vel illa cū sit transcēdēs diuidēs ēs cōe q̄ditati ⁊ mō vt sup° inotuit qōe p^a libri p̄mi nulli° ē p̄dicamēti. nō. n. est quiditas de ratōne sui simplex aut composita. vt. s. Tho. 2° sentētiaꝝ dis. t'cia. q̄ditas tamē per se finita ⁊ limitata cum nō sit genus nec species nec indiuiduū. vt hūanitas nō est per se in p̄dicamento. sed q2 est hoꝝ omniū formale principiū. ideo vt principium reducit ad predicamētū ⁊ hoc quiditatē abstractiue cōsiderādo. vbi eni3 concretiue designaret ꝑ modū habentis quiditatē vt homo nō humanitas ponit per se in genere vt species vel subalternū gen°. ⁊ omne tale nō prohibetur a predicamēto. q2 concretū cū nō concernat subiectū sed supposita.

Ad terciū diffinitio est primo ꝛ adequa te eadē diffinito ratōe eiusdē essentie im portate p diffinitōē sub vtrisq modis con cipiendi scilicet determinabil'r ꝛ determinātis.

Ad vlti⁹ negetr cōña. reqritr .n. modus cō cipiendi vt determinās nō pro formali s p fundamēto. ꝛ est essentia importata p diffe rentiam que vt sic nō importatr genus.

Propter tercium quidez huius primitus dicēduz qꝫ ꝯceptus generis est vnus in se qꝫ Scotus diuersis ꝓbat rōibus. primo oīs intellect⁹ habēs certitudinē de aliquo dubitās de oībus determinātibus illud habet de illo de quo est certus ꝯceptū vnū aliū ab illis de quib⁹ dubitat. patet ista ꝓpositio alioqn ille intellect⁹ esset certus de nihilo. q2 de nullo ꝯceptu. sed intellectus pōt esse certus de inherētia ꝯcept⁹ generis alicui⁹ dubitādo ꝺ quocūqꝫ ꝯceptu speciei. vt cuz animal videt̄ de remotis. vel melius si ꝑ ꝓprietatez ꝯuertibilē cuz genere demōstraret ipsuz gen⁹ de aliquo demōstratōe quia. puta si ꝑ mouere demonstraret de aliquo quod sit aīal. de quo nescit̄ aliq̄ spēs generis sed dubitat̄. ergo intellectus habet de illo genere aliquē vnū ꝯceptū aliū a conceptibus specieꝝ de quib⁹ dubitat.

Qualiter tamen huic posset rn̄deri iuxta doctrinā oppositā patz ex q̄ōe secūda primi metaphꝫice ⁊ ex prima q̄ōe quarti eiusdē.

Amplius ad idem sic arguit̄ differentia sunt diuersa aliqd idez entia qnto ⁊ decimo metaphꝫice. ita qꝫ magis sunt vnū differētia in illo in quo conueniūt q̄ꝫ sint in illo in quo differūt. alioqn essent primo diuersa nō differētia. ⁊ illud in quo sunt idem est in se magis vnū q̄ꝫ illa quibus differūt. sed spēs proprie generis differūt differētijs. ⁊ sunt idem genere. ergo genus est magis vnuz in illis q̄ꝫ differētie qbus differūt. quod non esset nisi esset vni⁹ generis vn⁹ ꝯcept⁹. naz si plures ita essent illi diuersi sicut ꝯcept⁹ differentiarū quo ad hoc qꝫ essent plures.

Ad hoc posset respōderi ex fundamētis s. Thome qꝫ hec ratio falso innitit̄ fundamēto. s. qꝫ spēs generis sint idez in aliquo cōi reali eis quod nō est verū. quia in re nihil est cōe multis. q2 qcquid est in re est singulare vni coīcabile vt ex tractatu de natura generis assertū est q̄ōe. xvij°. hui⁹ septimi. vnitas eniz spēi humane in cōi ⁊ equine est vnitas rōis tantū. Et si dicat̄ ens rōis nō differt ab alio realr̄. ergo si due spēs soluz rōe ꝯueniūt. q2 in vnitate rōis tm̄. erūt ergo entia rōis. ⁊ ▮ ꝯn̄s inter se nō erit distinctio realis ▮ ita hō ⁊ equ⁹ realr̄ nō distinguerent̄.

Dicēduz qꝫ licz vnitas hoīs ⁊ asini in cōi differat soluz rōe. q2 vt sic sunt entia rōnis. res tm̄ subiecte isti vnitati differūt realiter. sicut ergo ꝯueniūt formalr̄ so° in vno mō ꝯcipiendi ita formalr̄ differūt diuersis modis ꝯcipiēdi. tamē ex ꝑte rei essentia aīalis in homine est hō. ⁊ in equo est equus. ⁊ similr̄ suo mō rōnale ⁊ irrōnale. quare ꝯcedit̄ qꝫ ex ꝑte rei eēntia generis in hoīe ⁊ equo est ita plurificata sic̄ essentia rōnalis in vno ⁊ irrōnalis in alio. Nec ex ꝑte rei differūt genere aut specie nisi fundamētalr̄ cuz sint distinguibilia nō autē formalr̄ nisi ꝑ intellectum sic vel aliter concipientem. ⁊c̄.

Adhuc genus ꝑ̄dicat̄ in qd ꝓprie de spē ergo ꝯm aliquē ꝯceptū nō eundē. q2 tūc esset ꝑ̄dicatio eiusdē de se. ergo ꝯm aliū ꝯceptuz a ꝯceptu spēi. sed ille alius a quacūqꝫ specie est vn⁹ in se alias tot essent genera quot species quod est absurduz.

Cōfirmat̄ nomē generis est vniuocuz ergo significat vnū ꝯceptuz cōez vniuocuz.

Et si querat̄ quō ꝯcept⁹ generis ▮ vnus Respōdet Scot⁹ qꝫ gen⁹ duplr̄ ꝯcipitur. Uno mō per se primo vt obiectū adequans intellectuz. primo eni ꝯcipi dicit̄ illud quod intellectui adequat̄. vt Scot⁹ in theoromatib⁹. alio° ▮ se non primo qñ ꝯcipit̄ in alio ꝯceptu nō adequāte intellectionē in quo genus includit̄ puta in specie vel indiuiduo. per se enim ꝯcipitur quicquid in primo ꝯceptu eēntialr̄ includit̄. sicut gen⁹ ▮ se ꝯcipit̄ quādo spēs primo ꝯcipit̄. vt Scot⁹ ibidez. primo modo ꝯcept⁹ generis ē vnus numero sicut intellectio vna numero. ⁊ similiter ita in intellectōe vna numero intelligit̄ magis vl̄e sic̄ min⁹ vl̄e. ꝑmo etiā ens transcēdenter sumptū hoc modo intelligit̄. Secūdo mō ꝯcept⁹ generis distinguit̄ in diuersis ita qꝫ licet in se sit vnus nūero nō tamen vt ibi ꝯcipitur. ꝟ est tot nūero in q̄t includit̄

ita q conceptus generis natus est esse vnus numero quando cócipitur per se primo ꝛ est indifferens ad omnes alios. ꝛ est distinctus numero vt inclusum in alijs ꝛ concipitur per se nō primo ꝛ ſm hoc est verum illud qđ ■ .x^o. metaphisice. q genus ſm se est diuersum in diuersis spēbus.

Nota q si ꝓfunde cósideres verba. S. Tho. sequētia ꝛ ea cóferas cum verbis istis Scoti inuenies eos nō multum discordes i hac materia. sicut ꝛ in plerisqꝫ alijs. diuersitas enim modi determinandi non nūquam causat apparentem discordiam inter eos nō tñ necessario existentem.

Huic argumēto rñdet ex verbis. Sancti. Tho. in tractatu de natura generis dū inquit eadeꝫ res penitus est animal quod predicatur de homine ꝛ homo. Cum ergo genus de spē predicatur cum rōe vniformitatis cōmuniter se habeat ad omnia cōtenta sub eo necesse erit ipsum vniuoce predicari quod ē predicari ſm nomē ꝛ ſm rōem. non enim est alia ratio animalis quando predicatur de homine. ꝛ alia quando predicatur đ equo. immo eadem ratio sicut nomen idem. Nota tamen q esse in equo. i. equaliter se habere vel in plus cū homine non cōuenit animali predicato de homine per suum intellectuꝫ sed vtrunqꝫ potest sibi accidere. Si enim cū dī homo est aīal cōsideret natā aīal absolute sic nō erit in plus anīal q̄ꝫ homo immo in equo cum homine alias absoluta rō eius nō multiplicaretur ad multiplicationem sbiectoꝝ. vnitas enim illa animal non descendit sub animali vt dictum est ꝛ sic nihil reale erit in ṗdicato quod n̄ sit in subiecto. animal enim non dicit aliquid prius quam homo ꝛ sic accidit sibi non esse in plus quā homo. quia accidit sibi predicari de homine.

Si autem consideretur hec natura vt sbstracta intentioni vniuersalitatis ꝓpter vniformitatem quam accipit ab anima sic erit in plus ꝛ communius quam subiectum de q̄ predicatur. quia a parte predicati saluatur vniformitas illa non autem a parte subiecti ꝛ sic nō multiplicatur predicatum ad multiplicatōem sbiectorum immo manet vnuꝫ de mltis predicatum. hec autem consideratio ē logica ſm quam nō cōuertitur cōsequētia ab animali ad homineꝫ. ab animali iquam qđ de homie predicatur. Simplr autem accipiendo animal sine intentiōe vniuersalitatis ꝓprie nō est predicabile quia sic est ṗma substātia que neqꝫ in subiecto est neqꝫ de subiecto dr. Sed accipiendo animal ꝛ homieꝫ sub intētione vniuersalitatis quomodo indiuiduum accipi nō potest ꝓpter repugnantiā vniuersalitatis ad indiuiduatōis principia animal ꝛ homo substātie secūde dicuntur. quaruꝫ est de prima substātia ṗdicari vt habetur in presenti quem modum consideratōnis de substantia metaphisicus non habet q considerat eam soluꝫ ſm quod in se est ens. hec ille ꝛ multum gloriose per que respondet ad argumētū cū ɔfirmatiōe.

Dōm secūdo q ɔceptus generis est alius a cō ceptu drie. qđ faciliter deducit qꝛ dria nō ꝑticipat genus nec ecōuerso. Sed est omnino alterius rōis. Unde cōceptus generis ē ita ali9 a conceptu die q est primo diuersus in nullo conueniens cum eo vt apparabit qōe. xvi^a. Et ex hoc sequitur q ē ali9 a conceptu spēi sicut partiale a totali. nā species essentialiter ꝛ formaliter includit conceptum generis ꝛ drie. si ergo est alius a conceptu dīe sequitur q est alius a conceptu spēi nō totaliter sed ꝑtialiter.

Sed dubitatur quid determinate concipit p genus ꝛ quid ■ drīam. Respondet Scotus in hoc loco ꝛ primo sniarum dist. viij^a. q p drīam cōcipit vltimus actus quo spēs est id quod est. ꝛ p genus cōcipit potentiale respectu illius actus vltimi qđ ħ declaratur modo. Nam phs in hoc septimo in precedēti capitulo. sicut diffinitio se habet ad rem ita ptes diffinitōis ad ptes rei. ꝛ. viij^o. hui9. terminū. i. diffinitōem oꝫ esse rōem lōgā exṗmēte qd ꝛ quale. in spē aūt que ꝓprie diffinitur nō sunt nisi due ptes essentiales. s. actus vltimus quo spēs est id quod est. ꝛ potentia

N

le respectu illi⁹ actus vltimi. ergo dr̄ia vltia specifica a qua est vnitas rei ⁊ diffinitio includit p̄cise de suo per se intellectu actum in re vltimum qui est causa incompleta vnitatis genus autem ꝓximū precise includit p se ꝓpriū potentiale respectu illius actus.

Quid autem sibi voluerit. S. Tho. circa hanc conclusionem patet per verba eius in secūdo sniarum dist. tertia. differētia ē nobilior genere sicut determinatū indeterminato ⁊ ꝓprium cōi. nō autem sicut diuersa nā. ⁊ in tractatu de natura gn̄is. dr̄ia nō addit gn̄i sicut diuersa eēntia ab eo. ꝫ quasi aliqd in genere ꝯtentum implicite. Et in ꝩ septimo mēphisice dr̄ia sicut totū ꝯpositū sicut ⁊ spēs licet sumat̄ a pte formali. genus vero a materiali. licet significent totum. Et in pri° secūde questiōe ·lxvij. remota dr̄ia gen⁹ non remanet genus. idem nūero.

Et huic opinioni consentit Johannes Jand in quinto metaphice q̄stum ad cōclusionem licet differant in modo ponendi volens ꝙ aial in homine ⁊ in equo habet vnitatē aliā realē ab vnitate hoīs inquātū hō ⁊ aliam inq̄tum equus ista tamen vnitas non est ita perfecta sicut vnitas specifica. nam vltīa semp perfectior est ⁊ se habet sicut actus respectu forme magis vniuersalis ⁊ ipsam pficit. in hoc enim differt genus a mā prima quia materia prima nullam actualitatē habet de se. sed est in potentia ad omēs formas genus autem licet sit in potentia vt perficiatur per formas specificas ⁊ minus vniuersales de sui tamen natura quandam actualitatem habet. quia est quedam forma vniuersalis.

Sed cōtra hec dicta arguitur ꝓbando ꝙ genus ꝓximū spēi nō includit ꝓprium potentiale respectu actus vltimi in re quē dr̄ia vltima eiusdem spēi p̄cise includit de suo per se intellectu quia actus est causa vnitatis cōpleta vt determinatum est. nam ex illo sequeretur. primo quod primū genus pn̄ti sbstātie sumeretur a mā. ꝯn̄s falsum quia tunc intelligentie nō essent in predicamento cum carēt mā. ꝯn̄a ꝓbat̄. quia in gn̄e generalissimo possunt aliqua conuenire sine cōueniencia in aliquo genere posteriori. vt inquit Scotus. ⁊ est primum principium indistinctionis aliorum. vt inquit S. Tho. in tractatu de natura generis.

Amplius sequeretur ꝙ in celo ⁊ in igne n̄ esset materia alterius rōis. ꝯn̄s falsum ⁊ cōtra doctrinam. S. Tho. in plerisq̄ locis ⁊ p̄cipue in tractatu allegato vbi inquit. Corpus celeste a corporibus generabilib⁹ differt cū nō ꝯueniat in materia. si eniꝫ miraculose corrumpetur celum quia naturaliter incorruptibile est adhuc essentia materie sue esset diuersa a materia elementorum. nec fieret resolutio ad vnum subiectum. hec ille. ꝯn̄a autem ꝓbatur. quia nulla spēs specialissima p̄dicamenti substātie includit materiam nisi p̄cise per conceptum primi generis cum sit p̄mum principium indistinctōis. nam respectu eius omnes dr̄ie intermedie dicūt actum ipsum. ergo genus generalissimum erit primuꝫ potentiale. ⁊ ita nulla materia simplex est alterius rōis ab alia quia materia gn̄is gn̄alissimi est sine omni actu distinguente. ⁊c.

Adhuc sbā que est genus generalissimū aut includit mām ⁊ ita non predicabit̄ de āgelis vel nō. ⁊ sic non predicabitur de compositis ex materia ⁊ forma. vel neutro mō ⁊ tunc sequit̄ ꝙ dr̄ia cōstitutiua corpis addet materiam ex quo materia pertinet ad q̄ditatem. ⁊ ita dr̄ia importabit ꝓpriū potētiale respectu actus ⁊ ita formale erit materiale quod est falsum ⁊c.

Ad ista p̄mo ponit̄ hec ꝓpositio ꝙ predicata in quid non sumuntur ab aliq̄ opatiōe ītellect⁹ quia ⁊ si intellectus n̄ sumeret n̄ minus pfectio esset in re ⁊ predicatū ⁊ subicibile. Tum etiam quia trāsmutatio ita manifestat aliqd esse sicut ⁊ opatio cōis. Secūda ꝓpositio p̄dicata ī quid nō necessario sumuntur a forma substantiali vt fecit Auicebron qui vnicuiq̄ dr̄ie posuit correspondere ꝓpam formam. Tertia ꝓpō de mēte Scoti actualitas a qua sumit̄ dr̄ia nō est

forma.sȝ pfectio formalis ⁊ hoc sufficit pro dria. Quarta ppo perfectibile illius pfectionis formalis non est materia ſ; totum vt perfectibile ſm aliquam rationem realeȝ perfectiuaȝ.quis ergo ascendendo ⁊ abstrahendo inueniatur ɔpositum ex mã ⁊ forma. vt corpus ab animato.⁊ ſm multos ab inanimato.tamen vlterior abstractio fit tantuȝ a ratione reali formali ⁊ ita non stat in mã prima.sed in ente summe idest cõmunissime respectu rõnum realium pfectiuarum tale ẽ ens communissime sumptum. Genus aũt cõmunissimum omniũ mãlium non tantũ a mã sumit.sed etiam ab aliqua forma ſm se indistincta ⁊ pfectibili p omnes actualitates specierum.

Si vero omnino instes q a mã sumit pdicatũ in quid ex quo est de esse rei ⁊ ab illa forma aliud predicatũ in quale ⁊ ita dria. Respondit Scotus q illud predicatũ a forma generis generalissimi non contrahit predicatum a mã sicut differentia contrahit genus qz vnum cũ alio est eque cõmune. iõ a tali forma non contrahente. Sed eque communi'si accipiat predicatum est genus ⁊ in quid ⁊ ita dicat de mã illius generis generalissimi.⁊ ita põt hre tria genera pma mãlium duo ptialia.⁊ vnum totale includit duo ptialia.⁊ ideo sufficit illud vnum ⁊ neutruȝ aliorum ponitur genus quia genus ppe dr qd importat totum potentiale contrahibile per differentiam vlteriorem.⁊ p hoc ad primũ ⁊ secundum.

Ad tertiũ respondȝ Scotus q illa ratio realis a qua sumit gñalissimum qd sba est simplex negatiue.i.nõ includẽs cõpositõeȝ quod autem dria addat totalitatem essentialem non est inconueniens quia totalitas essentialis contrahit partem pfectionaleȝ sicut quandoq ptem essentialem potest contrahẽ totum perfectionale hec Scotus.

Quia tamen hee solutiones sunt intricate ⁊ aliquantulum confuse.ex verbis Sancti Thoe. in tractatu de natura generis contra quem pcedũt iste ratiões.

Ad primum sic respondendum est q illud genus sumendum est p generalissimo in predicamento sbstantie quod est primum principium indistinctionis aliorum ⁊ tale est sbstantia in qua non est vna res sbiecta intentioni sicut in aliis generibus sub ipsa. Actio enim intellectus facientis intentionem supra sbstantiam non fundatur sup aliquam rem quocunq vnam. Sed super naturas penitus diuersas que tamen participatõe gñis erũt vna sbstãtia.corruptibilia ei ⁊ incorruptibilia differunt plus quam genere. ⁊ h iõ est quia non habent aliquam rem eis cõmunem.sed rõem tm. Si autem diceretur sbam que est genus pmum componi ex materia ⁊ forma.⁊ hoc esse commune eis sequeretur q substantia non esset genus primum. omne enim compositum ex materia ⁊ forma habet vnde sumatur in eo rõ generis mãm.s ⁊ ratio drie.s.formam.vnde oporteret q esset aliquod genus pus substantia ⁊ ideo implicatio contradictõis est dicere genus pmũ componi ex mã ⁊ forma. Inde est q nõ essȝ aliqua sba separata si corpus foret genus primum ratio ergo generis competit substãtie ▪ actum intellectus tantũ qui nõ fundat sup aliquam vnam rem cõmuneȝ vtriq nẽ sicut repitur natura animalis vna quodammodo cui addit vnitas vlis quam facit intellectus. Hec ille ⁊ multum laute in opinione sua ▪ que patet solutio ad rões.hanc'sniam olfecit Scotus in verbis suis obscuris. sed noluit gustare.⁊c.

Propter quartuȝ quidem huius ad auctoritatem in textu adductã aſi oppositũ rñr q ipa diminute adducit inqt enim in textu genus simplr nõ est preter eas que sunt vt generis spẽs aut si ẽ qd vt materia est ⁊ hec secũda pars disiunctiẽ est vera.

Ad secũdũ ɔcedendum q cõceptus gñis ẽ ptialis ps ãt lȝ ñ pdicet de toto p modũ ptis tm signata denominatiue siue ɔcretiẽ pdicat ⁊ sic significat totum vel ptem ▪ modum ▪

tius vt Auicē. quinto sue metaphisice. in ab stracto autem vltima abstractōe nō p̄dicat̄ cū ista sit falsa formaliter homo est aīalitas vel hūanitas est animalitas. vt dictum fuit supra in. q. xij^a. hui^9.

Et si replicetur quia predicatio denominatiua excludit predicatōem in quid sed gen^9 p̄dicatur de spē in quid.

Respondetur q̄ denominatio subiecti ab accidente impedit p̄dicatōem in quid. denominatio tamen totius a pte essentiali: qualis est denominatio spēi a gn̄e nō excludit p̄dicationem in quid. genus enim est pars essentialis speciei ꝛc. Argumentum post oppositum satis soluitur quia sunt idem non idemptitate conuertibilitatis. ideo nō idem inter se.

Ad vltimā respondꝫ Scot^9 q̄ si vna nā requiritur ad compatōem nō vnus cōcept^9 sicut ibi videtur innuere nihil ad ꝓpositum illa auctoritas quia illa equiuocatio est phisica nō logica nec metaphisica. quia natura non est vna. sed alia ꝛ alia ꝛ cum ordine essentiali.

Ritur decimo

quito qō Utrū generi ꝛ dr̄ie ex natura rei correspondeat in itellectu vnic^9 ocept^9 vl' plēs vt ali^9 gn̄is ꝛ ali^9 dr̄ie. ꝛ arguit̄ q̄ vnicus vna rēs nata ē formare i itellcū vnicū oceptū sibi adeq̄tū. aliogn illa res ñ eēt vnū ognoscibile q̄r nec vnico actu ognoscibile. ſ gen^9 ꝛ dr̄ia ex nā rei sunt vna essentia ꝛ vna res vt patuit in qōe precedēti ꝛ p̄cipue i opinioe. S. Tho. ergo ꝛc.

Hic forte respōdet̄ q̄ res extra propt̄ sui p̄fectōem preter oceptū sibi adeq̄tū nata est imutare itellectū ad ocept^9 ñ adeq̄tos

Sed otra querit̄ quis erit ordo illus rei i immutādo itellectū ad illos iadequatos oceptus ꝛ ad suum proprium ꝛ adequatū q̄ritur ei nūqd primo faciet noticiam ꝓprias vel cōfusam ꝛ q̄cūq̄ prius facit si ñ tantum p̄us natura sed tempore videtur q̄ nihil amplius faciet. quia agens naturale p̄ñte passo statim facit q̄ potest.

Confirmatur quia si res extra formaliter faceret duo obiecta in intellectu tunc nō videtur q̄ res vel aliquid rei extra sit obiectum. sed aliquid factū a re.

Adhuc res extra animā exñs imutans intellectū est agens naturale. sed oē tale nō impeditum agit quātum ipsuꝫ est natum agere quia sicut in potestate eius non est agere ita nec modus agendi. ergo oīs tal' res extra aīmā formā^9 oceptū suū in intellectu ꝓducet oceptū sibi adequatū ergo vnicum.

Amplius si plures conceptus correspon-derent ꝛc. sequeretur q̄ aliqua esset distinctō inter genus ꝛ differentiam ex nā rei oñs cōtra. S. Tho. ꝓbatur oñā omnis distinctio prior naturaliter omni actu ratiōis videtur esse distinctio realis sed obiecta naturaliter precedunt actus ꝛ distinctio obiectorum di-stinctōem actuum maxime quando obiecta causant illam vt cōtingit in proposito. ergo distinctio conceptuum concludit distinctōeꝫ p̄orem in obiectis que est realis.

In oppositū arguit̄ ocipiendo gen^9 i spē ꝛ sir̄r dr̄iam aut concipit̄ aliquid rei aut nihil. si nihil ergo conceptus duo erunt fictitij non ergo reales nec dicti in quid de spē. si aliquid. aut ergo aliquid idem. ꝛ tūc erit ideꝫ oceptus. aut aliqd aliud quod si sic ergo nō erit eadem penit^9 essentia vtriusq̄ ex parte rei. immo aliqua erit distinctio in re p̄or distinctōe oceptuū.

Propter primum

qdem huius oceptus intellect^9 veri^9 dic^9 cōceptio ꝓprie est entitas vt p̄imū nāli' rep̄sentatiua alicui^9 rei extra aīam qō aūt veri^9 dicat̄ cōceptio patet p verba. S. Tho. qui vbiq̄ conceptionem videtur nominare. non āt oceptū. vñ i p̄mo sniaꝝ. dist. secūda. Conceptio intellect^9 seu rō trip'r opatur ad rem extra. s. vt ad fundamentum p̄ximum r̄mo tū ꝛ nullū. Et in qōibus de potentia. q. vij^a cōceptio rei vt est extra animā dicitur intentio p̄ma ſ vt intellecta dicitur secūda intentio. Et in qōibus de veritate. q. ij^a. Cōceptōes no

stre de deo sunt vere q bñt pximũ fundamẽ tũ in re extra .s. deũ. Et in quarto sniaꝝ dis. viijª pceptio itellectꝰ ad rẽ extra duplr se hꝫ .s. vt ad signatũ ⁊ mẽsurã ⁊ vt cã rei. De cõce ptu ẽt taliter sumpto loquitᷣ Scotꝰ pº sniaꝝ dist. xxiijª dũ inquit ois cõceptꝰ ẽ intẽtiõis p me q natꝰ est fieri imediate a re sine ope vel actu intellectus negotiantis.

Signãter autem in descriptiõe dictuꝫ est vt plimũ naturaliter rpresentatiũ alicꝰ rei ex tra. quia etiam ex arte vel ipositiõe imperio volũtatis pceptus aliquis potest eẽ repsenta tiuꝰ rei extra aiaꝫ vt patet in formãtibꝰ ido la ⁊ silitudines q sunt cõceptus vt meliꝰ me morentur. sicut enim voluntas respectu actꝰ pmi puenientis ab obiecto nõ est libera cuꝫ actus primi non sint in potestate nostra. re spectu tamen actus secundi producti a seipsa ẽ libera sm quẽ actũ laudamur ⁊ vitupera mur. ita licet conceptus intellectus necessa rio ⁊ naturaliter representet obiectũ a quo p ducitᷣ põt tñ ptingẽter ipio volũtatis sic vel alitᷣ statuẽtis representare pter suũ obiectuꝫ aliqd aliud ex ipositiõe.

Propter secunduꝫ

qdẽ hꝰ Jo. Jandũ quito mẽphice i pñti dif ficultate mõ satis leui se expediẽs iqt q gñi ⁊ dñe extra itellectũ corñdꝫ i itellcs pceptꝰ vnicꝰ cõfusus .s. pceptꝰ diffiniti. Sꝫ eidẽ cor respondẽt pceptus duo distĩcti vt cõceptus prium diffinitõis que distincte significãt dif finitũ pmo pbicoꝝ q verba rẽe audita bo nũ hñt intellectũ vt tertio apparebit dcoꝝ

Propter tercium

qdẽ hꝰ pueniũt. S. Tho. ⁊ Scotꝰ i eo q du os pceptꝰ siue pceptões pcedũt in intellectu corespondere gñi ⁊ dñe extra intellectũ dif ferũt tñ ex pte eiꝰ qd in re importatᷣ p cõce ptũ gñis ⁊ silr p pceptũ dñe.

Priꝰ itaq adducatur modꝰ. S. Tho. ⁊ Henrici deinde Scoti.

De pmo premittendũ in pmis q res ext aiam i est in intellectu obiectiue vel in actu pmo vt cũ imediate cõcipitᷣ illa res vl i actu secũdo vt cũ mediate. Et quecũq dñia que nõ puenit rei nisi sic vel sic ⁊ h siue eẽ pmuꝫ in intellectu siue eẽ secundũ psupponatᷣ illi dif ferentie siue necessario concomitetur ẽ dña rõis. Et h dñãm rõis cõmuniter audiendo p vt cõis est ad dñam intentõis que fit in pmo esse in intellectu. ⁊ ad dñam rõis ppe dictã que fit in secũdo esse in intellectu. nam nulla talis inest rei exñti in se nec sine actu in tellectꝰ cõcomitãte vl pcedẽte rẽ sine actu di co itellectꝰ possiblis psiderãtis vt añ ẽ res in intellectu in actu secũdo vel itellectꝰ possibi lis abstrahẽtis vt qñ res ẽ in itellectu sm eẽ in actu pmo.

Ex quo pꝫ pmo q dña rõis stricte loquẽ do ẽ dña posterior nãliter actu itellectꝰ possi bilis psiderãtis illd obiectum sm alia ⁊ alia rõe. ⁊ h siue illa dña sit obiecti exñtis in in tellcũ i actu secũdo. q ẽ actu psideratᷣ siue ha bitualiter p habitũ derelictũ ex actu. nam eẽ tale habituale ẽ naturaliter posteriꝰ actu cõ siderãdi.

Pꝫ ẽt secũdo q dña intẽtõis q i obiecti sm suũ pmũ eẽ in intellectu .i. vt ẽ pma itenº ẽ nãliter por oi actu intellectꝰ possibilis ⁊ oi eẽ obiecti in ipo intellectu siue sit actuale si ue habituale derelictũ ex actu eiꝰ.

Seqtᷣ tñ or dine nẽ actũ intellectꝰ agẽtis ⁊ cõcomitatur ipm necessario esse in intellcũ possibili in actu pmo. h itellecto gñaliter.

Premittẽdum secũdo magis pticularitᷣ q eẽnꝰ spẽi qñtũcũq simplex vt albedo nata ẽ ex se facere diuersa obiecta pñtia itellectui possibili. Et si queratᷣ qd est albedinẽ ex se facẽ diuersa obiecta pñtia itellectui possibi li. Rñr q nihil aliud est realr nisi facere realr aliqua diuersa p que illa sunt obiectiue pñtia. nã circa eẽ obiectiuũ cũ nihil sit nõ ca dit mutatio nisi p mutatõem realẽ in alijs p q illa sunt obiectiue pñtia.

Si ãt vlteriꝰ qratᷣ qre res extra sit sic fa ctiua diuisoꝝ ñ ẽ rõ pp pfectõem qꝛ tũc deus h facerꝫ qd tñ negatᷣ. nec pp dñam aliq po rem i nã rei extra itellectũ qꝛ hãc negat. S

Tho. ꝫ sicut calor est calefactiuꝰ nō pp pfe/ctōem in cōi nec pp ipfectōem . ita q̄libet tal' essentia ex natura rei qꝛ ē talis ē factiua tali um duoꝝ realiter ꝛ p hec duoꝝ obiectie in itellectu. Preter hec ēt ē factiua vniꝰ ꝯceptꝰ adeq̄ti. ꝫ illius forte p̄mo vt ꝯfusi . Et hec faciliter rñr ad arguméta añ oppositū.

De secūdo p̄ncipali dōm ꝺe intētiōe Scoti vt saluemꝰ ꝯceptꝰ gn̄is ꝛ dr̄ie simplr diuisos nō esse fictitios ꝙ illis correspondēt aliq̄ in re realr distincta aliquo mō circūscripta oi opatiōe intellectꝰ agētis vel possibilis. immo cōtra p̄cedētē opinionē circūscripto omi actu intellectꝰ psupposito vel cōcomitāte ē ex pte rei illa dr̄ia. Hec āt realis dr̄ia inter hec duo quā ponit Scotꝰ ꝯtra aliā opinionē ponitur hr̄e gradus ꝫm ꝙ genꝰ ꝛ dr̄ia pn̄t sumi ab alia ꝛ ab alia re puta si sint diuerse i aliq̄ sp̄ē vt in hōie. ita ꝙ ab vna sumat̄ genꝰ ꝛ ab alia dr̄ia vel pn̄t sumi ab alia ꝛ alia realitate puta si sit sp̄ēs simplex vt albedo p̄ᵒ dr̄ dr̄ia rex. secūdo ratōnū realiū vtraq₃ tn̄ ē ex nā rei

Nota tn̄ ꝙ hec opinio nō negat dr̄iam itētionis quā p̄cedēs opinio posuit. ꝫ ponit sibi necessario correspōdere aliquā in re ꝛ ita ponit quadruplicē dr̄iam duplicē realem. s. rex ꝛ rōnū realiū. ꝛ duplicē rōis. s. intētōis ꝛ rōis strictē sumptā l₃ dr̄ia intētiōis nō requirat dr̄ia₃ dictaꝝ rō₃ realiū in actu. ꝫ sufficit ꝙ in potētia sit in re. ꝛ in actu in intellectu i esse primo. q enim potest cape capiat vt igt Scotus in hoc loco .

Propter quartuz

qdem huiꝰ. Ad p̄mū dōm ꝙ genꝰ ꝛ dr̄ia includūt diūsa obiecta intelligibilia ꝛ tamē in vtroq₃ idē re intelligit̄ qꝛ sicut pōt idem hr̄e esse in re ꝛ in intellectu ita pōt hr̄e vnū eē in re ꝛ duo in intellectu ꝛ ꝯcomitātibꝰ illis duobꝰ eē est duo obiecta. Et p hoc p₃ ꝯtra totā deductōem ꝯtra rn̄sionē qꝛ res extra ꝛ vnu₃ ꝯceptū adequatū gn̄at ꝛ ples n̄ adeq̄tos ꝛ simul tpe q̄zū ad eē p̄mū in intellectu l₃ nō q̄ tū ad eē. secūdū qd nō est sine ꝯceptōe. ꝛ hoc nō i pp pfectōem vt ibi inuehat̄.

Ad ꝯfirmatōem ꝯcedo ꝙ simplr sunt obiecta diuersa sicut si essent essentie diuerse. ꝫ sunt obiecta ꝯcomitāte eē in intellectu. vt aūt res ē sbiectū eadem est ita ꝙ idem extra sub duobꝰ eē in intellectu ꝯcomitātibus h₃ rōes vniꝰ mālit̄ ꝛ duoꝝ obiectoꝝ formaliter.

Ad secūdū p₃ ex solutione p̄mi .

Ad tertiū neget̄ ꝯn̄a ꝛ ad ꝓbatōem rn̄r ꝙ dr̄ia p̄oꝛ nā omni actu intellectꝰ tā agētis q̄ possibilis est realis ꝛ maiori sic intellecta illa. minor que ibidē sbiūnit̄ est falsa. Argumētū pꝰ oppositū satis soluit̄ ex dictis i q̄ōe de illis duobꝰ eē i itellcū ꝯcomitātibꝰ obiectū reale .

Et q̄q̄ iste sit ꝯueniens modꝰ saluādi plures conceptus in intellectu eiusdē obiecti realis nō tamē videt̄ solui difficultas quomodo duo sint obiecta formaliter inq̄tū obiecta ꝛ tn̄ vna essentia q̄rit̄ ei quō illa essentia ꝯgnoscat̄ vt vna. nō ei videtur ꝙ ꝫm illa duo obiecta ꝯgnoscat̄. qꝛ illa accidūt illi essentie. vt vna ē quare nō videt̄ ꝙ p aliquā intellectōꝫ illorum aliquid rei cognoscat̄ qd ondit̄ sic intellectōi abstractiue succedē pōt intellectio intuitiua eiusdē p̄mi obiecti p̄cise vt ꝓ nunc supponit̄ ꝛ hoc quando abstractiua alicuiꝰ rei est ipfecta ꝛ alia pfecta. ꝫ visiōes due seu due noticie intuitiue nō pn̄t esse gn̄isꝰ ꝛ dr̄ie qꝛ visio nō ē nisi obiecti p̄mi realiter existentis ꝛ presentis ergo nulliꝰ intellectꝰ illa obiecta quoꝝ ponit̄ sola dr̄ia intētōis nisi abstractiue itelligēs ꝛ ita nisi impfecte cognoscit.

Ampliꝰ cū dico Soꝛ. ē hō. ꝫ nō est vnio actuū ꝯcipiēdi qꝛ ꝫ actꝰ nō ē ille nec obiectorū hn̄tiū dr̄iam intētōis qꝛ vt sic nō hn̄t esse extra sed in itellectu actu p̄mo. tū qꝛ obiectū vnū vt sic nō est aliud. tū qꝛ obiectū vnū facit aliud tacē talis obiecti l₃ includat ipm. Tū ēt qꝛ nō depēderꝫ veritas solū a re extra igit̄ ē vnio quorūcūq₃ sic p̄mo saltē ē p re extra ꝛ tūc p opinionē illā de dr̄ia intētōis erit p̄dicatio eiusdē de se nec p ꝯn̄a alia erit veritas illaꝝ. Soꝛ. ē hō. Soꝛ ē aial. Soꝛ. ē sba

Qui ergo scit melius exponere dr̄iam in

tentionis euadendo dictas difficultates ex/
ponat inqt Scotus .

Hijs responderi potest innitendo funda
mentis Sancti Thome ex dictis eius in tra
ctatu de natura generis qualiter natura aia
lis absolute considerari potest cui vt sic nõ
conueniunt nisi ea que sunt de intellectu eius
Unde quicquid aliorum ei vt sic attribuit
falsa est attributio ꝛc. vt patet in questiõe de
vniuersalibus. qualiter autem cum dico sor
tes est homo ꝛ animal ꝛc sit predicatio eius
dem de seipso metaphisice ꝛ non logice patꝫ
per adducta in questione precedenti ꝛ i qõe
de vniuersalibus idõ nõ plꝰ ad pñs.

Ritur decimo

sexto questio. Utrꝫ dña diuisiua
generis inferioris includat formaliter dñas
superiorem. Arguitur affirmatiue quod pre
dicatur de aliquo i abstracto predicatur de
eo in primo mõ ꝛ formaliter sed differentia
superior est hꝰmõi respectu inferioris vt pꝫ
in hoc septimo cum dicitur ꝙ in diuisione
generis oportet ꝓcedere per differentias ꝑ
se ꝛ tunc secũda diuidit priorem ꝑ se. nã sci
sio aut fissio pedũ ẽ pedalitas.

Adhuc si ñ includeret ꝛc sequeret ꝙ due
dñe specifice essent primo predicata . ɔñs
falsum. ꝓbatur consequentia illa sunt pͥmo
predicata de quibus non predicantur pͥdi/
cata priora ꝑ se. ſ rationale ꝛ irrationale es
sent hꝰmõi quia genus supius de eis nõ pre
dicatur ꝑ se nec etiã dña supior vt dicit op
ponens erunt ergo generalissima .

Ex quo vlterius sequitur ꝙ ꝓpõ negatiã
necessaria negãs vnam dñam ab alia esset i
mediata vt rõnale nõ est irrõnale.

Amplꝰ si non includeret ergo ꝛc dña in
ferior non diuersificaret genus ẜm se quod
est falsum. nam animal hoc ipm quod est. ẽ
diuersum ꝑ dñas diuersas. xͦ hꝰ. ɔña pbaẽ
quia i genere diuiso si sit genus inter mediũ
non est nisi genus superius ꝛ dña constitu/
tiua eius. sed genus supius nõ includit i dif
ferentijs inferioribus vt pꝫ nec dña q̃ cõsti
tuit animal puta sensibile non distinguit ꝑ
dñas vlteriores. quia ipã non includit in il
lis vt dicit opponens. ergo genus inter me/
dium se habet ad ipsas differentias inferio
res sicut potentia ad actum. Sed potentiale
non distinguitur ẜm suam essentiam ꝑ actuꝫ
qui est extra rõem eius ꝛ ecõuerso. ergo. ꝛc.

In oppositum arguit quia data pte af/
firmatiua sequeretur ꝙ in dñijs esset abire i
infinitum. ɔñs falsum. ergo ꝛ añs ꝓbatio cõ
sequentie. naꝫ dña sunt diuersa aliquid idẽ
entia quito mẽphice. si ergo dñe inferiores
includerent superiores ergo essent dñtes in
aliquo ergo ɔuenirẽt. s. in dña supiori ꝛ dif
ferrẽt dñas ꝛ tũc queram de illis vtrꝫ inclu
dãt dñijs supiores vel nõ quare vel ꝓcedet
in infinitum vel stabit in aliquas dñas q̃ i
nullo ɔueniũt nec includunt aliquod cõmu/
ne.

Amplius data hac pte sequeret ꝙ dña
inferior estꝫ spẽs quod est falsum tunc enim
plura essent genera q̃. x. cum talis dña non
sit species alicuius. x. generum. cõsequentia
ꝓbatur omne quod habet predicatum dictũ
de eo in quid ꝛ dñam dictam in quale ẽ spe
cies quia compositũ ex genere ꝛ differẽtia
Sed talis dña inferior habet superiorẽ di
ctam de ea in quid ꝛ aliã qua differt ab op
posita dña que dicitur de ea in quale . ergo
vere est species .

Propter primum

qdẽ hꝰ quid sit dña ꝛ qd genus dictũ ẽ ter/
tio huius qõe secũda quid autẽ sit diuisiua
vel ɔstitutiua satis notũ est ex porphirio.

Sciendum tñ vt Scotus. x. metaphisice
ꝙ dña est inter dñs ꝛ diuersum . diuersa
enim sunt entia quecũqꝫ nõ sunt eadem siue
non sint eadem genere. siue specie siue nũero
siue ꝓportiõe. dña vero sunt quecũqꝫ in ali/
quo cõueniunt. ꝛ in aliquo differũt siue ɔue
niãt in eodem nũero vt senex a se puero. sor.
albꝰ Sor. niger. siue ɔueniãt in gñe ꝛ diffe/
rãt ꝑ dñas vt hõ ꝛ asinꝰ. siue ɔueniãt in spẽ
ꝛ differant ꝑ accidens vt Sor. ꝛ Plato ꝑ/

prie tamen dña sunt quecunq in aliquo conuenientia. et p drias specificas sunt vt dria eiusdem generis que conueniunt in genere et differunt per drias et iō pprie dria vel que pprie differt aliquo differūt. q̄q̄. S. Tho. in secūdo sniarum dist. xviij. et pmo sniarum dis. viij. dicat q differre pprie est semp aliō et est relatiuum. s diuersum est absolutū et se ipso vel alio. ideo omne differens est diuersum et nō ecōuerso. Est autē inclusio formalis seu quiditatiua vt petrus thome eorum vnum quorum in sua ratiōe formali alterum includit vt genus et dria in spē.

Propter secundū

qdem huius nō nulli ex pdicatoribus concedūt driam supiorem includi in inferiore. qd fultiūt ex hoc pmo q phs ingt in textu. vltima dria est substantia rei. quod non esset nisi includeret alias pcedentes. Aliter enim non esset substantia rei. secundo quia in textu etiam dicitur q in diffinitione non oportet ponere alias differentias. sed solūmodo vltimam. quia si alie cum primo opponerētur cōmitteretur nugatio vt dicēdo animal bipes habens pedes transponendo termios nam dicto pede superfluum ē ponere habēs pedes. tertio quia dicit phs q in substantia nō est ordo. si autem dria inferior nō includeret superiorem esset ordo in substantia qr vna prior alia vero posterior.

Sciendū tamen apud sic opinātes q differentia dupliciter cōsiderari potest vno mō mālitera et quātum ad id quod est siue fm rē et illo mō includit spēm. nam rōnale illo mō nō est aliud q̄ animal hñs rōem. et forte iuxta hanc sniam rēe dixit. S. Tho. in pma secūde. q. lxvij. et alibi pluries dria significat totū compositū sic et spēs. lz sumat a pte formali et genus a māli licet significet totū. Et modo verum est q differentia inferior et vltima includit superiores et precedētes. oīa enim que sunt in eodem pdto se habentia sicut superius et inferius i eodem significāt eādē rē. sensibile ei et rōnale in hoie significant eādem essentiā cum rōnale includat sensibile. Alio mō cōsiderari pōt dria fōmaliter seu fm rōem fm q ipa ē ostituēs spēm et otrahēs genus et sic iferior dria supiorem nō includit. nec etiam genus. neq vt sic genus de dria predicatur. neq vna de alia. nam dria et genus fm cōsideratiōem realem et methaphisicalem fūdātur super diuersas naturas necessario. nō autem logice. considerat enim logicus genus fm suum solum formale. Sz phisicus et metaphisicus fm totum vt. S. Tho. super Boecio de tri. q. xiiij. et sup libro de aīa lectōe secūda alias ei quō aīa rōnalis a qua sumit rōale hz et diuersas virtutes et opatōes in qbus n cōicat corpus vt. S. Tho. i pma pte qōe. lxxvi. et. lxxv. qualiter etiā aīa sensitiua in aīalibus diuersarum spērum eius diuersa fm spēm vt. S. Tho. secūdo sētētiarum dist. xviij. nisi fūdarētur realiter super diuersas naturas.

Hic modus ponendi mordet a Scoto primo assumpta auctoritate in textu vltima differentia est sba rei arguit sic otra opinionē pmo diffinitio indicat totā sbam rei. sed de sba diffiniti nō solū sunt oēs drie sed etiam genus. aut ergo genus erit ō per se intellectu drie vltime vl genus supfluet in diffinitiōe qr vtrūq ē falsum. Nō ergo est verum q finalis dria apud sic loquētes sit tota sba rei.

Sed facile rñr ad hoc pmū q in diffinitōe genus indicat totā essentiā diffiniti et silr dria totā essentiā diffiniti s n determinate s p modū otrahētis et determinātis.

Amplius otra pdicatores arguit Scotus oīs rō seu diffinitio hz ptes ergo sicut tota diffinitio exprimit totam rem. sic ps ptē sed dria vltia ē ps diffinitōis ergo vltima dria expmit ptē nō ergo erit tota sba rei.

Cōfirmat in diffinitōe duo ponūt quorum vnū ē vt māle reliquū vero vt formale odauo h. sed eodē mō h determinat de diffinitione sicut et ibi. Auctoritas aūt phi in h septimo sic audiat vt phs nō intellexerit q dria sit tota sba rei nisi opletiue quatenus ab illa dria est tota sba rei opletiue.

Ad hāc tamen ratione͂ ꝛ ad ꝑcede͂te͂ rn̄r negando ꝙ ptes diffinitōnis significant ptes rei diffinite immo quelibet ps significat totā essentiam lȝ diūsimode. Et ꝑ ide͂ ad ↄfirmatōem.

Adhuc cōtra eos inuehit Scotus deducendo nugatōem ex eorum dictis quam fugere intendebant. nam ois diffinitio vel dat ꝑ genus ꝑmū ꝛ dr̄ias inter medias vsq; ad vltimā vel ꝑ genus ꝓximū ꝛ dr̄iam vltimā specificam. si primomō cōmittitur nugatio ſm eos. quia tūc dr̄ia intermedia poneret̄ i diffinitione. ꝛ dr̄ia vltima includit omēs intermedias vt illi ponūt. ergo dr̄ia itermedia bis assumeretur in diffinitione. quia semel i se semel aute͂ in dr̄ia vltima. Si aute͂ detur secudū sequitur idem. nam genus ꝓximum includit dr̄iam suam constitutiuam ꝛ iterū vltima dr̄ia includit cā vt dicūt taliter determinantes. ergo bis assumeretur.

Huic forte dicitur ꝙ neutro illorum mōrum assignāda est diffinitio. sed per gen̄ ꝑmam ꝛ vltimam dr̄iam.

Sȝ cōtra pħs hic in littera. omnis diffinitio datur per genus ꝓximum ꝛ dr̄iam vltimam vel per primum gen̄ cum alijs dr̄ijs intermedijs. immo Boetius libro diuisionū ħ manifestius post diuisione͂ ḡnis inqt ꝙ ꝑ̄ in diffinitiōe accipie͂dū est genus cum dr̄ia ꝛ videndum est si sint conuertibiles cuȝ spē diffinie͂da. Et si minus fuerit accipienda est alia dr̄ia ꝛ genus cum dr̄ia priori erit loco ḡnis ꝛ sic quousq; reddat dr̄iam diffinie͂dā ergo non solum primum genus ponēdum est cuȝ vltima dr̄ia. ſ genus cūm omnibus intmedijs dr̄ijs vt plane hic dicitur in littera. ergo ponēdum est genus ꝓximum cum vltima differe͂tia vel primum genus cum multis differe͂tijs. Auctoritas vero pħi ħ in textu sic audie͂da est ꝙ intentio eius non est qn sine nugatiōe possit dari diffinitio per genus ꝛ dr̄ias multas. Sȝ quod vltima dr̄ia est complete ꝛ perfecte substantia rei qȝ si nō sequitur nugatio.

Sed respōde͂t ꝑdicatores ꝙ quādo magis commune includitur in minus communi tūc magis commune precedit ꝛ minus commune sequitur ꝛ ibi non est nugatio. animal enim includitur actu in homine. ꝛ tam̄ dicendo animal homo currit non est nugatō.

Similiter dato ꝙ rationale includat̄ sensibile dicendo sensibile rationale ibi nō erit nugatio. quia ꝛ si magis commune includatur actu in minus communi non tamen ecōuerso. Unde S. Tho. in tractatu de natura ḡnis si aliqua dr̄ia in diffinitōe replicet̄ sup vltimam differe͂tiam erit nugatio vt si dicatur homo est aīmal bipes habēs pedes ē nugatio. in bipede eniȝ includit̄ habens pedes sicut ternarius in senario. Si auteȝ dicatur habens pedes ꝛ addat̄ duos nō est nugatio

Amplius cōtra eos sic arguit Scotus ꝓbando ꝙ ſm eos in substātia esset ordo. nā omnis substantia diffinibilis cōponit̄ ex q̄ ꝛ quali. viij°. metaphice. forma vero est prior materia ꝛ magis ens. vt in hoc. vij°. innotuit. actus quoq; est prior potētia tempe ꝛ ꝑfectōe ex. ix°. huī°. sed in diffinitōne vnū est potentia vt materia. aliud actus vt forma. ergo ibi est ordo ꝛ ꝑ cōseque͂s in substantia diffinibili est ordo.

Auctoritas auteȝ pħi hic licet multipliciter exponat̄ sic audie͂da est ꝙ alius ꝛ alius ordo nō facit nec tollit nugatiōeȝ quin semꝑ sequatur nugatio negādo hoc ꝙ ab vltima differe͂tia sit vnitas ꝛ substantia rei completiue. Respōde͂t ꝑdicatores ꝙ substātia diffinibilis dupliciter ↄsiderari potest. vno modo ſm suas partes ꝛ sic in ea bene est ordo. Alio mō ſm ꝙ significat̄ ꝑ ptes diffinitōis ita sciȝ ꝙ illud quod significat̄ ꝑ vnā parteȝ diffinitōis ꝑcedit illud quod significatur per aliaȝ. ꝛ sic in substātia rei non est ordo. ymo quelibet ps diffinitōis significat totaȝ essentiaȝ rei. Et ꝑ hoc rn̄detur ad rōeȝ ꝙ vltima differentia est tota substantia rei virtualiter licet nō secūdum omneȝ modum cognoscēdi. ꝛ licet aliquid ponat̄ in diffinitōe vt materia. s. genus ꝛ aliquid vt forma. sciȝ differentia. tamen quelibȝ ps diffinitō

nis in recto sumpta est forma totius ⁊ habz se vt totuz respectu diffiniti ⁊ nõ per modũ partis.

Propter tercium

quidem huius dicendum primo ꝙ quelibet differentia generis diuisiua per se de principali intellectu significat formã tantuz. illam tamẽ formaz ꝑ moduz totius significat. hec est doctrina Scoti in hoc. vijᵒ. Sicut enĩ forma que est tantũ forma est actus tantuz. ita quelibet differẽtia significat formã tantũ de principali significato. Nota tamẽ ꝙ aĩa rationalis nõ est differẽtia homis cũ de homine nõ ꝑdicetur. sed habens aiaz rõnalem quod significat hͦ nomen rõnale. vt. s. Tho. quito metaphisice capitulo de vno.

Ex quo sequiᵗ ꝙ cuz quelibet differẽtia sit specifica respectu alicuius. ideo quelibet differentia est per se diuersa ab alia.

Dicẽduz secũdo ꝙ differẽtia inferior nõ includit formalr supiorez. hanc cõclusionez cõcedit Scotus in hoc loco ⁊ expressius in quarto sententiarũ dis. xiᵃ. ꝓpter rões adductas post oppositũ. Et spẽaliter ꝓpter ratõz illaz ꝓbantẽ ꝓcessuz in infinitũ in differentijs. tuz etiã quia aliter differẽtia esset spẽs tum tercio quia esset nugatio.

Attentõe tamẽ dignuz ꝙ vtraqꝫ ps satis est ꝓbabilis. ideo si qs oppositũ sentiat faciliter soluat rões Scoti quibus mouetur ad sic ponẽduz. primo negãdo ↄñaz ꝙ ꝓcedatᵗ in infinituz si differẽtia inferior includat superiorez cum sit deuenire ad aliquas differentias que nõ includũt alias ⁊ que seipsis distinguũtur sicut sunt dr̃ie quibꝰ diuiditur genꝰ generalissimũ de quibꝰ forte loquiᵗ. s. Tho. in 2ᵒ sniaꝝ dis. xijᵃ. duz ĩqt ea q̃ non cõueniũt in vna potẽtia vt dr̃ie generalissiã ⁊ materie seipsis distinguũtur.

Silr ad 2ᵐ negetᵗ ↄñã ꝙ dr̃ia esset spẽs naz illud quod includit differẽtiaz sicut cõstitutuz includit cõstituẽs illud est vera spẽs nõ autez illud quod includit aliud ꝑ modũ cõtrahentis genus qualis est differẽtia.

Ubi aliter cõceditᵗ ꝙ differẽtia realiᵗ est ipsa species differẽs ẜm rõez ab ea propter quã differentiã rõis põt esse ꝑdicabile distĩctuz a spẽ. aial enĩ ⁊ hõ nõ differũt eẽntialiᵗ ⁊ tamẽ sunt ꝑdicabilia distincta formaliter ⁊ ẜm rõem. ymo diffiniẽdo hominẽ [illegible] anial ⁊ rõnale soluz explicite. diffiniᵗ tamẽ implicite ꝑ omnes differẽtias supiores in eodem latere ymo ⁊ ꝑ oia genera supiora. Uñ. s. Tho. in qõibus de potentia qõe. viijᵃ. in diffinitõe poniᵗ aliquid duplr scilicet explicite seu in actu. ⁊ implicite seu in potẽtia. Et Cõmẽtator in hoc. vijᵒ. metaphice ↄmẽto. xliijᵒ. illud per quod inueniᵗ species in actu ẽ vnũ ideo illud quod significat diffinitio est vnũ. ⁊ ideo diffinitio est vna. quoniaz in ea non est aliquid in actu nisi vnũ ⁊ multitudo que est in ea est in potentia ꝛc. Et Albertus in ꝑdicabilibus capitulo de differentia. differẽtie vltime non sunt vere differẽtie qꝛ nõ sunt virtutis simplicis sed virtutis multiplicis. ita ꝙ virtutes omniũ aliarũ sunt in eis ex q̃bus ista fluant ẜm ordinez sicut in causᵗ primarijs. Et in hoc. vijᵒ. inquit Albertus. differentia vltima ex omnibus exit vt actus ex potentia. nec actus ille est alia essentia a potentia. sed ẽe eius est aliud ⁊ aliud [illegible] nõ differt ꝑ essentiaz sed est differentia sicut eiusdem indeterminati ⁊ determinati ⁊ distincti ⁊ indistincti. Differẽtie enĩ posite in diffinitõe nõ dicunt plures formas vt dicũt graduatores formarũ substantialiũ vel diuẽsas ordinem ad inuicem habentes. sed omẽs dicũt vnam essentiam ⁊ naturam quã vltima differentia determinat. ⁊ secũdum hoc dicimus ꝙ vltima differentia includit precedẽtes ex cuius vnitate diffinitio dicitur vna. quod philosophus cõsiderans dixit ꝙ diffinitio ẽ ex differentijs ⁊ harũ principaliter ex finali. quia illa determinat precedẽtes. ⁊ illud quod precedentes dicũt modo cõmuni ⁊ indetermiato. hec dicit modo determinato.

Ex quo patet quare dicit Aristo. ꝙ in substantijs non est ordo. quia differẽtie in dif-

finitõe substantiaruꝫ nõ dicũt diuersas formas substantiales quarũ vna includatur in alia. Qualiter autem aliter exponi possit Aristo. alias inquiretur.

Dubitatur tamẽ primo quia si differentia vltima est actus vltimus cõuertibilis vt sequitur ex dictis. ergo nõ quelibꝫ pars diffinitõnis in plus se haberet q̃ diffinitum. cuius oppositum dicitur secundo posteriorum. Ad quod respondet Albertus in hoc septimo ꝙ in secundo posteriorũ loquẽtes de demonstratione vsi fuimus diffinitione secundum ꝙ est medium faciens scire passionem inesse subiecto. passio autẽ verius scitur inesse subiecto quando scitur secũduꝫ singulas forme partes inesse. vt si queramus hominis passiones dicimus nõ humanũ esse. sed potius esse vegetatiuũ nutritiuũ ⁊ augmentatiuũ ⁊ sensitiuũ ⁊ huiusmodi. ⁊ sic accepta forma secundum partes potentiales ipsius semper est in plus q̃ diffinitum. Cum autem hic consideremus rei diffinite vnitateꝫ ⁊ vnitas nõ sit a partibus potẽtialibus forme. sed ab ipsa tota prout est actus ⁊ terminus hic consideremus eam prout est tota ⁊ actus ⁊ terminus. ⁊ sic cõuertitur cum specie differentia ꝛc. hec ille.

Dubitatur secundo vtrum differentie cum sint non idem vt rationale ⁊ irrationale differant an sint diuerse. Dicendum vt Scotus. x°. huius ꝙ differentie inquantuꝫ differentie non differunt. quia differentie p̄ie nõ possunt differre. Quod ãt differentie posteriores differant hoc est per accidens. Uel potest dici ꝙ illa sunt proprie differentia que constituũtur ex diuiso in differentias. sicut animal diuiditur per rationale ⁊ irrationale. ideo si aliquid constituitur ex animali ⁊ rationali vt homo. ⁊ aliquid ex animali ⁊ irrationali vt asinus. tunc homo ⁊ asinus differunt. sic non est de differẽ.

Dubitat̃ tercio an in substantijs sepatis q̃ apõ catholicos ponũt̃ in pñto vt videbit̃ in. xij°. h°. q. xv^a. verũ sit ꝙ differentia inferior includat superiores. Dicendum ꝙ natura ⁊ essentia intelligentiarum est composita apud sanctum Thomaꝫ ⁊ Egidium ex primo genere ⁊ vltima differentia. quia in eis non est genus subalternũ vt superius allegabatur ex doctrina sancti Thome in libello de natura generis. vt pulcherrime declaratum est in questione duodecima de natura ⁊ supposito in hoc septimo cũ dicebat̃ ꝙ natura ⁊ eẽntia intelligẽtiaꝵ nõ ẽ ꝯposita ex gñe ⁊ dña tãq̃ ex ptib^9 sic̃ in sbĳs mãli b^9. nã ex eadẽ nã alr ⁊ alr ꝯsiderata sumit̃ rõ gñis in eis ⁊ rõ dñe ⁊ spẽi. hoc eniꝫ ẽ cõe oĩbus illis vt hẽant quãdaꝫ potẽtialitatem admixtã. qꝫ ab alio hñt esse ⁊ sunt in potenᵃ ad esse. diuersificat̃ tamẽ hec potentialitas in eis ex alio ⁊ alio mõ actualitatis vel ex alio ⁊ alio mõ forme. Ex potẽtialitate itaqꝫ in q̃ oẽs sepate sbe coĩcant poterit sumi ratõ generis. ex actualitate autẽ in qua diuersificant̃ poterit sumi ratio spẽi ⁊ dñe. aliter tamen ⁊ aliter. qꝫ ex actualitate ẽm se poterit sumi ratio differẽtie. ex actualitate autẽ admixta potẽtie ratio spẽi. natura eni͂ illa simplex est ⁊ nõ hꝫ ptes ex tota natura. ex tota tamẽ natura vt habet rõeꝫ potẽtialitatis ẽm se sumit̃ ratio generis. ⁊ ex eadeꝫ tota natura vt habet rationẽ actualitatis ratio dñe. vt autẽ hꝫ rõꝫ vtriusqꝫ rõ sumit̃ spẽi. ⁊ sꝫ h̃ spẽs est actualior gñe in eis ⁊ dña spẽ^s. Uñ si gen^9 spẽs ⁊ dñe in eis eẽnt nobis note. cadẽt dña eẽtial̃ in eis in rẽa linea pñtali sic̃ ⁊ spẽs. qꝫ dñet to^ta sic̃ ⁊ spẽs. non sic̃ in sbĳs mãlib^9 vbi dña ẽ ▪ pteꝫ forieꝫ. Uñ Dauid iudeus. intelligẽtia est sba q̃ nõ diuidit̃. idõ in intelligentĳs qõ nõ habet difficultatem.

Propter quartuꝫ quidem huius admissa parte questionis affirmatiua ad primũ ante oppositum dicendum vt Scotus vno modo negando minorem. differentia enim superior non predicatur de inferiori in abstracto. nec istud vult Aristo. in textu. sed solũ intẽdit ꝙ differentia supior diuiditur p dñas inferiores p se. quia fissio pedis diuidit solum habens pe-

des non q pedalitas predicetur per se primo modo de fissione peduz.

Ad secunduz dicéduz negãdo cõsequentiaz. naz licet differentia nõ habeat pdicatum in quid formalr et directe potest tamen habere denominatiue et indirecte.s.ipsuz genus quatenus in genere collocatur saltem indirecte. et hoc loquẽdo de differetijs nõ primis. naz prime fm se sunt diuerse non differentes proprie.

Ad terciuz negetur cõsequentia. et ad pbatõnem dicẽduz q genus siue inferius siue superius se habet vt potentiale et distinguitur p differẽtias sicut materia per formas. nec est incõueniẽs q potentiale distinguatur pẽ actuale quod est extra eius ratõez ymo hoc est necessariũ. diuersitas eniz materie fm se est per formas ymo ex diuersitate formarũ nõ solum sequitur differentia materie s etiã operationũ finiũ ppriorũ agentiũ patientiuz et proprietatuz. vt. s. Tho. contra gentiles libro tercõ capitulo lxxxvij°.

Ritur decimo septimo questio vtrum vniuersale sit aliquid in rebus. Et arguitur affirmatiue primo. omne quod est tale p participatõem reducitur ad aliquod tale p essentiam. alioqn tale p participatiõz esset primũ tale. s singulare est tale p participatõez vt hic homo p pãticipatõez hominis. quia aliter plurificaretur participare enim nihil aliud est q aliqd ab aliquo partialiter accipe. vt sanctus Tho. super secũdo de celo et mundo lectõe. xviij[a]. Nec etiaz pdicaretur homo de singularibus. ergo homo vniuersalis est homo p essentiaz et per cõsequẽs est in rebus.

Adhuc substantia est primuz ens vt supra innotuit et ita reale cum intellectus noster nõ causet nisi accidẽs. sed secũda substantia est substãtia et ponitur vniuersalis. ergo vniuersale est aliquod ens reale.

Amplius effectuũ realiũ cause et pricipia sunt realia. sed vniuersale est causa saltẽ formalis respectu inferiorũ ergo ꝛc.

Adhuc aut vniuersale est ens reale aut ratõnis. nõ secũdo mõ. quia cum vniuersale sit de quiditate et essentia inferiorũ que sunt realia. ergo ens ratõis esset de quiditate entis realis.

In oppositum est philosophus in hoc septimo parte illa qnoniã autez de substantia cõsideratio ꝛc. dicẽs videtur impossibile esse substãtiam quodcũq vniuersaliter dictorum. idest impossibile est vt aliquid eorum que dicuntur vniuersalia sit substantia alicuius rei. vt exponit Cõmẽtator cõmento. xliiij°. Et hoc pbat tali ratiõe. Uniuersale non est pars substantie alicuius eorũ que sunt substantie existẽtes p se. quia substantia cuiuslibet rei demonstrate est ei propria. vniuersale autẽ est cõmune pluribus. ergo vniuersale non est substantia ppria. substantia eni vniuscuiusq est ppria sibi et nõ inest alteri. sed vniuersale nulli est proprium.

Amplius substantia non dicitur de subiecto. vniuersale dicitur de subiecto ergo ꝛc.

Adhuc illo dato sequitur q logica que est de vniuersalibus esset sciẽtia realis quod est falsum.

Propter primum quidez huius quid sit vniuersale et quot dicatur modis sufficienter habitũ fuit qõe. xiiij[a] primi libri. soluz autẽ hic est sermo de vniũsali in re quod est natura aut qditas vel eẽntia in pticularibus existens cui per naturaz nõ repugnat coĩcabilitas ad plura vt dictũ est qõe. xi[a] primi libri. et etiam de vniuersali post rem fiet aliqualis determinatio.

Uniuersale vero esse aliqd in rebus intelligo ipsum esse ens reale aut nature cuius esse inquãtuz tale nõ dependet ab aĩa vt supius diffuse declaratuz est. Mouetur autẽ pñs qstio rõnabiliter in hac pte. nam licet supius contra Platonẽ vbi actuz fuit de ydeis sufficiẽter determinatuz sit q vniuersalia nõ sũt cause agentes pticulariũ. Hic tamẽ inquirenduz est an sint cause formales particulariuz vel non.

Et hec perscrutatio etiam est vtcunqꝫ ꝓpria huic sciētie ⁊ nō philosophie naturali. Vnd Albertus in hoc septimo tractatu tercio capitulo decimo. Quis philosophus prim⁹ cōsideret formaz ꝑ mā maxime scire facientē. tamen secūdario oportet eum quasi ex alta specula ꝑspiciētez cōsiderare que sit forma huiusmodi ⁊ cuius. ⁊ vtrū sepata sit forma sensibiliuz. phisicus autez cū consideret pricipia motus non cōsiderat formaz nisi vsqꝫ ad hoc ꝙ ipsa est terminus mot⁹. ⁊ ideo determinare nō poterit vtrū forme sensibilium sepate sint. hec ille ⁊ quidez egregie.

Propter secunduz

Ad ista respondeo quod in primo argu mēto est fallacia ꝯsequētis. sequit᷑ eniꝫ mu tatio est ergo terminꝰ est loquēdo de indiui sibili sicut hic loqnimur ⁊ non ecōuerso. nisi accipiat᷑ terminꝰ nō soluꝫ pro illo quod na tuꝫ est terminare mutationē sed ēt ꝑ actuali ter terminānte. Et quare nō ecōuerso est quia forma que nata esset esse terminꝰ nō est ter minus nisi p̄cesserit oppositus terminꝰ. mu tatio eniꝫ licet essentialioreꝫ habeat compa tioneꝫ ad terminū ad queꝫ q̄ꝫ a quo . tamen sumpta ꝓprie sine neutro potest intelligi. Si dicatur ꝙ realiter mutatio non est aliud q̄ꝫ ipse terminus ad quem hoc tangit aliud. Sed supposito hoc pro nunc quātuꝫ ad ab solutaꝫ realitateꝫ que est in mutatōe. indu dit tamen p̄ter hoc respectuꝫ ad terminuꝫ a quo vt post quē est immediate qui respectꝰ

non manet in tempore habito. sed ille respe/ctus non complet rationez mutationis. s rationez factionis passiue. vnde tunc dicit fieri post non. et sic primo esse et incipere comparant pcise ad negationez esse pcedentem non ad priuationez nisi quādo subiectuz [illegible]tum pcessit tempe formaz. et tunc cōcurrunt duo respectus in forma pro primo instanti scilicet vnus ad agens et alius ad priuatiōz in quo includit ille qui prius dicebat esse ad negationez et ambo respectus nō manent in tempe habito in quo non est forma immediate post priuationem. et ideo nec mutatio manet post primū nūc in ratōe mutatōis licet absoluta realitas maneat. iste autem respectus non est in passione coeua subiecto.

Ad secūdu3 dicendu3 q prioritas nature nō ponit priuationē posterioris. sed tantu3 q prius intelligitur sine intellectu posterioris vt sit essentia perfectior in se. sed ex hoc non saluat priuatio nec mutatio.

Sed cōtra aut intelligis q prius inquātu3 prius sine posteriori intelligit quod [illegible] impossibile cu3 sit relatiuū ad ipsu3. aut q illō quod est prius sine intellectu illius quod est posterius intelligit. et tunc si in sic separatī intelligi sit prioritas nature. et tū illud quod ē posterius si sit absolutu3 potest intelligi sine intellectu illius quod est prius sequit q posterius naturaliter sit prius naturaliter sicut ecōuerso. non ergo in hoc quod est hoc posse intelligi sine illo consistit prioritas nature huius ad hoc. sic eni3 asinus est prius natura homine. nec in hoc quod est hoc posse esse sine illo. quia tunc premisse demonstratōis potissime nō essent priores natura conclusione tunc etiā deus poss3 facere q illis veris existentibus conclusio esset falsa. in quo ergo cōsistit ista prioritas. In pdicamētis dicitur et quinto huius q illō est prius a quo nō couertit subsistendi consequētia. Si ista diffinitio sit cōuertibilis cum diffinito quomō ergo pmisse demōstratōnis sunt priores cōclusione. Ibi eni3 cōuertit existendi cōsequētia licet nō causandi. Si dicat quintus modus prioris philosophi in predicamētis scilicet duo3 sm existentia3 se cōsequētium quod est causa alterius est prius natura alio vt hominē esse ad oratōe3 hoc dicentē. quō ergo intellectus prius natura voluntate. respectu eni3 illius nec est causa totalis nec partialis. nec vt volunt aliq sine qua nō. et q̄tū ad hoc recurras ad quītū metaphisice qōe xi. vbi agit de priori diffuse &c.

Ad terciū dicendu3 q forma aliū respectu3 h3 ad agēs in primo instanti q̄ in tempore habito. sed ille respectus nō cōplet rationez mutatōis sed ratōe3 factōis passiue. Unde tunc dicitur fieri et primo non. et sic primo esse et incipe compant pcise ad negatōz esse pcedentē nō ad priuatōz nisi quādo subiectu3 aptu3 precessit tempore forma3 et tūc cōcurrūt duo respectus in forma p illo instanti vnus ad agens alius ad priuatōem in quo includit iste qui prius dicebat esse ad negatōez [illegible] ambo respectus non manent in tempore habito. sed alter tantu3 complet rationez mutationis. de his alibi. Hec omnia hucusq de accidente coeuo subiecto.

Patet autez recte intuenti nihil deuiare Scotu3 a doctrina sancti Thome in his dictis. na3 subiectu3 per forma3 sua3 effectiue producit sua3 passione3. non p reale3 transmutatione3. sed per naturale3 cōcomitantiā Un. s. Tho. in pria pte qōe. lxxvii. emanatio propriorum accidentiū a subiecto non est [illegible] aliquā transmutatōe3 sed per naturalē cōcomitantia3 sicut ex vno naturaliter resultat aliud sicut ex luce color.

De accidēte autē quod aliqō subiectum in se causat nō coeuū sibi nūc videndum est Et prio in vli dici posset q causa mere naturalis l3 de se determinet ad effectū. potest tñ impediri. amoto autē impedimēto statī agit ad pductōe3 effectus. sicut a principio egiss3 si impedita nō fuiss3. et ita vbicūq saluātur due conditōes supra dicte necessarie alicui ad hoc q agat in se si ab extrinseco ponat impedimētu3 a principio postmodu3 amoto impedimēto statim aget in se.

Quid autē in hoc diceret .s. Tho. patet ex dictis superius de eo quod est per se primo agere in seipsuz aut per accidens ꝛc.

Ex isto generali descendēdo iuxta processuz prioris opinionis scilicet sancti Thome potest dici vt inquit Scotus primo ꝙ qđcunqꝫ per se ens naturale habet principium actiuū respectu vbi sibi cōuenientis. qđ vbi si non habet a principio sui esse postea per illud principiū mouet se ad illud vbi. Hec Scotus. Sed quicquid dicat Scotus non sic vt opinor determinaret sanctus Tho. nā licet entia naturalia per se moueant̄ non tamen mouentur a se iuxta eius opinionez.

Ex quibus sequit̄ vt sensui cōcordat dimissis opiniōibus ꝑcedentibus de motu grauiuz ꝛ leuiuz vt dicebat Scotus fictiōes videntur ꝙ graue a se mouet̄. ꝛ ſm Arist. viijº phisicoꝝ. Fatuū est querere rationez vbi habetur sensus. concordat etiaz rationi qꝛ nullus negat quin graue effectiue mouet deorsuz aliud corpus sibi allegatuz cuiꝰ leuitas non excedit grauitatez eius. ꝛ per cōsequēs quomodo non se prius mouebit ad illđ vbi naz prius naturaliter intelligit̄ moueri deorsuz ꝙ̄ mouere aliquid sibi alligatū ꝛ mouet actione equiuoca ꝛ est capax termini illius actionis. ergo sic mouebit se ꝙ etiaz effectiue frangit trabem cuius minor est virtus resistendo ꝙ̄ virtus grauis. Alias ratōes ad hꝰ requiras in secundo sentētiaꝝ a Scoto dis. ijª. in questione qua querit an angelus possit mouere se. Et hanc cōclusionez sonāt plura verba Cōmentatoris in pluribus locis. Unde 2º phisicoꝝ cōmento primo nō inuenitur corpus simplex quod alteret̄ ex se. nec inuenit̄ corpus simplex quod transfertur in loco ex se.

Adhuc ibidez cōmento. 3º. nō dubitat̄ talia corpa moueri ex se nō ex motore extrinseco. Et. viijº. phisicoꝝ cōmento primo dicit sensu apparet aliqua moueri ex se absqꝫ eo ꝙ distinguatur motor a moto sicut in q̄tuor elementis. Et cōmento. xº. aer naturalr̄ mouetur ex se cuz mouetur ex alio. ꝛ in eodem cōmento dicit. sed attractum mouetur ex se ad attrahens vt ꝑficiat se vt lapis mouetur ad inferius ꝛ ignis ad superius. ꝛ. viijº. phisicoꝝ cōmento. xxxvij. inquit cuz graue ꝛ leue sunt in potentia accñtali non indiget motore extrinseco nisi remouente prohibens. remoto igit̄ ꝓhibente ex se mouebunt̄. ꝛ primo celi cōmento. lxxxvi. motus elemētoꝝ non est ab extrinseco. ꝛ. iij. celi cōmento. xxº non est a motore extrinseco sed a forma moti. ꝛ. iiijº. celi cōmento. xxijº. grauitas in lapide est motor ſm ꝙ est forma ꝛ mouet̄ ſm ꝙ est in materia. q̄uis Cōmentator de hoc videat̄ varie loqui cū in cōmento. xxviijº. tertij de celo ꝛ mundo. ꝛ. viijº. phisicoꝝ videatur velle ꝙ moueat se ꝑ accidēs pellēdo medium sicut nauta mouet se mouendo nauem in qua existit. ꝛ ideo auctoritatibus eius nō est multuz innitenduz. vt inquit Scotus in 2º. sentētiaꝝ dis. allegata.

Huic opinioni cōsentit Johannes Jandū viijº. phisicoꝝ ꝛ quarto celi ꝛ mundi volēs grauia ꝛ leuia moueri a se idest a suis formis substātialibus ita ꝙ eadez forma est ꝑ se mouēs inquātuz est forma ꝛ ꝑ se mota inquātuz est in materia. sufficit eni diuersitas ratōis inter mouens ꝛ motuz quam Plato neglexit dicens idez vno ꝛ eodez modo esse mouēs ꝛ motum. Graue eniz vt inquit ipse determinat sibi locuz sed nō ex potentia passiua. quia illa est potentia cōtradictionis. vt patet in isto nono metaphisice. ergo ex potētia actiua. ꝛ hoc non potest esse nisi mediante sua forma quare ꝛc. In hoc autē apparet aperte sanctuz Thomaz ꝛ Sco. deuiare in motu grauiuz ꝛ leuiuz.

Sed contra hanc opinionez instant ꝑdicatores qꝛ si grauia ꝛ leuia mouēt se. aut ergo vna pars integralis mouet aliaz. vel forma mouet materiā. non primū quia sunt cōpa homogenea. neqꝫ secūdum quia tali forme non competit agens sine corpore cuz actiones sint suppositoꝝ prologo huius. nō ergo mouent̄ a seipsis ʒ a generante qđ dans formaz dat etiam oīa cōsequētia ad formā

Adhuc arguūt accepto eniz minimo gravis constat per opinionem ꝙ ipsum movet se ⁊ movet̃ a se. ergo idē ꝑm idē erit movēs ⁊ motū. ⁊ ▮ ꝯñs in actu ⁊ in poᵃ sil. Nec est dicēduz ꝙ forma ꝑ se moveat. qꝛ tūc haberet opatōz ▮ se. ⁊ ꝑ ꝯñs essz per se subsistēs. nō ergo hñt gravia ⁊ levia principiū activū in seipsis ꝛc.

Ad primū dicēduz iuxta istā opiniōez ꝙ nec vna ps integral̃ movet aliam. nec forma māz. sed forᵃ inquātuz forma movet ipsuz. ⁊ vt ingt Jobs Jandonᵘˢ. iiijᵒ. celi. ⁊ eadez movet̃ inquātuz est forma in maťia quā sequit virtus receptiva mãlis que ē in maťia Si qs autez sit alter rñdendi modus iuxta opinionē Scoti cōsequēter apparebit. coincidūt eniz in idez ꝑ diversa vba.

Ad quod qd sit dicēduz patz ex solutōe ꝑcedentis. ⁊ pro his omnibus vide Johem Jandonū. viijᵒ. phisicoꝝ qōe. xᵃ.

Ex qbus viteriᵘˢ sequit̃ in doctrina Scoti ꝙ aial movet se motu ꝑgressivo nō tm̃ qꝛ vna ps movet aliā. pria eni ps movēs localiter movet̃ localit̃. ⁊ tñ nō videt̃ ꝙ ab alio Qualis āt sit determinatio. s. Thome de pñᵒ motᵘˢ aialiuz pꝫ ex his. aialia eni movent se ▮ se qꝛ nō mere ꝑ accñs. nō tñ movēt se ▮ se primo ꝫ ꝑ alterū cū oē movēs seipsum dividat̃ in ptez per se movētez ⁊ ꝑ se motā. Unū s. Tho. in 3ᵃ pte qōe. xxxiijᵃ. articulo qrto. ⁊ viijᵒ. phisicoꝝ lectōe. ixᵃ. ⁊. xᵃ. Oē movens se dividit̃ in duas ptes. s. movētez ⁊ motaz qđ cōtingit tm̃ aiatis. ⁊ in ꝑ sniaꝝ dis. viijᵃ q. iijᵃ. ⁊ in qōibᵘˢ de malo qōe. ijᵃ. articlo. xiᵒ ⁊ alibi pluries. Oē movēs se hꝫ ptes ꝫ qꝝ vnā est in actu. ⁊ ꝑm alteram est in potētia. nec forte est dare primā ptez movētez ꝛc.

Sed obicit̃ cōtra dicta de saltu in q̃ totᵘᵐ aial movz se. nō āt ps ptez. Ad quā obiectōnez qlī puipēdendo rñdet̃ ꝙ motᵘˢ ille cōponit̃ ex pulsu ⁊ tractu. ita ꝙ posterior ps pellit anteriorē que pulsa attrahit posteriorem ⁊ illa attracta iterꝝ pellit. ⁊ sic cōtinue fit tā in saltu ꝙ in ꝑgressiōe. Hoc apparz ad sensuz in verme repente. Sed videt̃ ꝙ hoc nō sufficiat in saltu. qꝛ sic determiat Aristo. in liᵒ de motu aialiuz. Oz oio motū innti alicui imobili cᵘˢ imobilitas maiō sit ꝙ mobilitas moti. vt pꝫ de exñte in navi ⁊ de ꝑpellēte navīz innitēdo terre ꝑ remū. impingēs āt ī malo nō moverz naviz. Et sic ibidē vult de immobilitate ťre respcū mobilitatis celi quod est satis mirabile. In primo ergo pulsu pās posterior aialis ex quo innitit̃ terre ⁊ dum innitit̃ ei que imobilior est pte anteriori aialis pōt illa anteriorez pellere. ⁊ illa anterior pulsa ad certā distantiā possibilez maxime ꝑm extēsionē ptiuz aialis attrahet ptē posteriorez aialis ⁊ elevabit sic parū a terra opōtz si motᵘˢ est ꝙ posterior tracta pellat anteriorez. sed impossibile est exquo iā sepata est a terra ⁊ ē in aere ꝙ habeat aliqđ imobile cui innitat̃. aer enī nō est imobilior pte anteriori aialis talis gressibil̃. sic se hꝫ respcū volatilis cui aer est quasi terra nobis. ergo pᵒˢ primū tractū aut pulsuz aialis nō pōt sequi aliqs tractᵘˢ aut pulsus. ⁊ caderz aial sibi dimissuz post duo dicta ita ꝙ nūꝙ est saltus possibilis ꝑ pulsuz ⁊ tractū. nec vnꝙ ē aliqs motᵘˢ in sursuz vltra primū locū ad quē pōt ptingere aial maxie extense stando in terra. Ideo qcqd sit de argumēto isto ꝺ motu aialis an movēs ꝑ se exñs vltra aial moveatur sic nauta movēdo naviz motu pulsus a ťra vel ab aliq a qua in remittēdo movet̃ ꝑ accidēs motu vectiōis in nave. saltē dictᵘˢ modus salvandi saltū nō videt̃ sibi cōveniēs. Et exponi forte possz Aristo. de illis duabᵘˢ ptibus in quas pōt dividi aial movēs se ꝙ vna non sit effective movēs aliā ꝑcise. ꝫ vna est aptior vt moveat̃. ⁊ iō prius recipit motū forte a cognitiva vel appetitiva vel altera effective movēte localr mediāte aliq̃ altera tōe. qꝛ spēs sunt qsi res ꝑm Arist. ⁊ ita. viijᵒ. phisicoꝝ nitit̃ salvare ꝙ motᵘˢ aialis nō sit simplr novᵘˢ. qꝛ ꝑcedit motᵘˢ subiecti vel cōtinētis. vt videt̃ ibi dicere. non oportꝫ ergo allegare ipsuz quasi vna ps corpis qescens localiter moveat aliā localiter quod intendunt isti vt videtur.

Ex quibus vlterius sequit᷑ quicq̄d sit de nutricatōe. quia nutricatio est quedaȝ generatio vt habet determinari in primo de generatōe ⁊ dictuȝ est prius ꝙ nihil per generationeȝ in se causat formaȝ substantialē tamen de augmētatiōe nō videt᷑ euasio. qꝛ nutrimētuȝ nō augetur sed corrumpit᷑. aiatuȝ vero quod prefuit auget᷑. Quid auteȝ causet quātitateȝ istaȝ determinataȝ que est terminus istius mot⁹ nō est dare nisi ꝙ compositūȝ virtute anime vegetatiue vt principiuȝ actiuū. tuȝ qꝛ rep̄hendit᷑ ille 2° de aia. q posuit principiū actiuū hui⁹ esse igneȝ ⁊ innuit᷑ illud principiū esse animā. Tuȝ etiaȝ qꝛ augere est opatio vegetatiue ex eodeȝ ⁊ alibi.

Satis etiā apparet sensui ꝙ nulla maioratio quātitatis si fiat ab agente extrinseco est augmentatio. aut eniȝ ē iuxta positio aut rarefactio. nec potest in augmentatōne dari pars augmentans aliaȝ distinctaȝ loco [illegible] sb iecto. quia quelibet pars aucti est aucta. Si dicat᷑ ſm Aristotelē 2° de aīa cap°. iiij°. ꝙ cibus nutrit inquātuȝ potentia quid. auget autē inquātuȝ potentia quātuȝ ergo auctum auget᷑ ab elemento quāto. vilis videt᷑ instātia. nō eniȝ quātitas in actu est principiū alicuius actōis. quāto magis ergo nec quantitas in potentia. Cibus autē corrumpit᷑ aut prius tempe aut saltez natura q̄ꝫ fiat motus augmētatōis. qꝛ nutricatio in qua corrūpit᷑ cibus p̄cedit augmētationeȝ sic vel sic q̄ mō non ens mouebit᷑. Ideo intelligēduȝ est dictuȝ philosophi sicut ⁊ satis lr̄a sonat. Cib⁹ eniȝ inquātum potentia quid nutrit quomō nisi materialr̄. qꝛ de ipso inquātuȝ potentia ad formaȝ carnis generatur caro que generatio est nutritio ita ꝙ nutrit materialr̄. ita inquātuȝ in potentia quātuȝ auget materialiter. quia de ipso inquantum est in potentia quāta caro generat᷑ quāta caro per quā generationē cōsequit᷑ augmētatio. Hic posset multū exponi de modo augmēti. sed hoc habet magis locum in primo de generatione ⁊ 2° de aīa. Pro nunc autē sufficiat ꝙ in cibo nō est effectiua ratio augmētandi. sed in animato cōuertente ipsum. non ꝙ augmentatiō fiat per ipsam conuersionē siue in carnē siue in quātaȝ que in re simr̄ necessario sunt. sed ꝙ fit in carneȝ quātaȝ hoc est habentē notabileȝ quātitateȝ. qꝛ maiorē respectu illius q̄ fluxit cuius loco ista restituit᷑. nō sic ꝙ in [illegible]stanti generatōis habeat maiorē sit nata habere maioreȝ. sed in tempe habito illi instā[illegible] in quo tempe fit ille motus augmētatōnis hec hic omittant᷑.

Dicerent tamē p̄dicatores ꝙ cuȝ idē ſm diuersa possit se mouere. nō autē ſm idē. vt s. Tho. in prima secūde qōe. ix^a^. vt allegatuȝ fuit augmētablie ſm virtutē augmētatiuaȝ extendit partes augmētabiles. ⁊ ita nō ſm eandeȝ parteȝ mouet᷑ ⁊ mouet᷑.

Ex quibus etiā sequit᷑ dicenduȝ de alteratione tali qualis est vtraqꝫ illaruȝ de qua exemplificat᷑ ꝙ ideȝ se alterat puta ꝙ aqua se frigefacit. semen se alterat de primo illoꝝ dictuȝ est cū determinabat᷑ de accidēte non coeuo in vniuersali. quia āmoto impedimēto agit illud quod a principio egisset nō impeditū. De secūdo vero. s. de semine dictum fuit in septimo metaphisice in opiniōe Scoti de ratōibus seminalibus.

Dicerēt auteȝ p̄dicatores ꝙ semē nō alterat seipsuȝ per se primo neqꝫ aqua calefacta frigefacit se per se sed per accidens.

Ex quibus sequit᷑ vlterius videnduȝ de virtute ꝯgnoscitiua quomō est actiua sue cognitōis ⁊ etiā obiectū. ⁊ quomō duo actiua possunt cōcurrere ad eundeȝ effectum alibi diffusius habet᷑. ꝺ quo aliqualr̄ dictum est in 2^a^ qōe primi metaphisice. ⁊ per hoc vitātur incōueniētia que sequūtur in ponēdo intellectū omnino passiuū. Silr̄ que videntur sequi ponendo ipsuȝ mere actiuū ita ꝙ obiectuȝ nihil agat. vtrīqꝫ eniȝ videt᷑ Augustin⁹ attribuere actionē nono de trinitate a cognoscente inquiens ⁊ cognito paritur noticia. quomodo eniȝ intellectio caloris est a calore solo vt ab agente equiuoco. cuȝ intellectō sit simpl̄r pfectior omni calore genito. ⁊ impossibile est eiusdeȝ agentis effectū equocuȝ

esse nobiliorez effectu vniuoco. qz tunc esset nobilior agente. quomodo etiã vilificat natura anime qz sensibilia ymo fantasmata [illegible] sibiliũ causant effectiue perfectiõez ita nobilem anime respectu cuius anima tñ est receptiua. alia incõuenietia alibi predicta hic omitto.

Uidetur autez cõsimil sententia sancti Tho. scilicet qp tam obiectũ q̃ potentia vtrũqz actiue concurrant. Unde in secũdo sniarũ dis. xx^a et in questiõibus de veritate qõe. x^a. species intelligibilis est a fantasmate s̃m suũ materiale. sed ab intellectu agente s̃m formale. i. vt est intelligibilis in actu. Et quãq3 de actõe que fit cũ abiectõne cõtrarij. et de motu proprio dicto negaret. s. Tho. aliqd posse agere in seipsuz per se primo. tamen cõcedit in q̃stionibus de veritate qõe prima articlo. ix^a qp intellectus possibilis est principiũ actiuuz sui actus. tũ qz diuersimode determinatur ad alterũ cõtradictoriorũ opinando credendo dubitãdo. vt. s. Tho. ibidem. tuz etiã qz anima inquãtuz iudicat de re non patitur sed quodãmodo agit. vt. s. Tho. ibidẽ qõe. x^a. Iudiciũ autez proprie nõ noiat potentiam nec habitũ sed actuz. vt. s. Tho. 2° sentẽtiarũ dis xxiiij^a. qõe pria articulo prio ad terciũ.

Ubi attentõe dignũ vt. s. Tho. in secũda secũde qõe. xlv^a. articulo 2° ad terciũ qp intellectus habet duos act^9. s. pcipere et iudicare. quo ad primũ anima patitur. qz sentire et intelligere cõsistunt in quodam pati s̃m Aristo. 2° de aia. sed quo ad secũduz est ecõuerso qz intellect^9 possibilis est principium actiuũ sui actus vt dicebatur ex qõibus de veritate qõe x^a. Uel saltẽ anima iudicãdo agit actõe immanẽte. nõ autẽ actiõe trãseunte et transmutante illud in quo agit sed ecõuerso. Uel saltez agit s̃m modũ significandi nõ ãt s̃m rem vt habetur in qõibus de veritate qõe. viij^a. articulo primo ad tredecimũ.

Ex quibus vlteri^9 d appetitu intellectiuo tenetur qp simpliciter est actiuus. nec ponentes ipsuz mere passiuuz ab obiecto videntur aliq̃ posse saluare libertatem in hoie. sed tantũmodo necessitatẽ sic pcedẽdi vt videtur sicut calor in calefaciẽdo. aut solummodo a casu posse aliter esse. sicut dicũt in potestate nr̃a nõ esse ea q̃ cognoscẽda primo occurrũt. hec de voluntate a multis multipliciter sunt improbata que nõ o3 hic in speali sed alibi explanare. De volũtate ãt an moueatur ab obiecto vel a se videtur. s. Tho. tenere vtrunq3. Unũ in prima pte qõe. cv^a. articulo quarto et in qõibus de malo qõe tercia [illegible] totuz. et contra gentiles libro 3° caplo. lxxxviij°. inqt qp voluntas potest mouere dupliciter. s. ab exteriori idest ab obiecto vel a repñtante ipsuz. et ab intrinseco idest a se vel a causante eaz. Et in prima secũde qõe. ix^a. articulo 3°. per totuz. et 2^a 2^e qõe. lxxxij^a. articulo primo ad primũ. et in questiõibus de malo qõe. vi^a inquit qp voluntas mouetur a se. qz inquãtuz vult finẽ est in actu. sed respectu eorũ q̃ sunt ad finez est in potentia.

De libertate autez eius dicetur cõsequenter in isto nono qõe. xiij^a. et vltima.

In fine autez istorũ omniũ dicitur generaliter qp nulli nature negandũ est qd positum esset pfectõis in tali natura nisi ostendatur aliunde qp talis pfectio illi nõ inest. quia natura facit quod meli^9 est quãdo fuerit possibile et non deficit in necessarijs. Sed creature pducunt in esse carentes aliqua pfectõe ad quam nata sunt attingere puta aiata coiter in imperfecta quãtitate sine etiã opatõibus aie. alia vero quedã sine qualitatib^9 proprijs quedã autez sine proprio vbi si daretur eis pñcipiũ actiuũ respectu talis pfectõis ad quaz nata sunt. simpliciter essent pfectiores qz minus ab extrinsecis depẽdẽtes. ergo quãdocunq3 nõ apparet qp talis natura non habet principiuz actiuũ respectu talis perfectionis ymo magis videtur qp habet hoc. simpliciter est cocedenduz quia hoc dignificat naturã. Quid autẽ diceret sanctus Thomas ad h^9 fundamẽtuz iam est notuz ex dictis. appar3 enim qp talis natura non habet principiũ actiuũ quo per se primo moueatur quia tunc idez esset in actu et in potentia mouens et motum

respectu eiusdez simul et eodem modo quod implicat &c.

Sed cõtra arguit quare ergo nõ dicunt statiz perfecta sm omnẽ pfectionẽ possibilez qz hoc magis dignificaret naturã.

Amplius natura pportionauit actiuũ et passiuũ in vniuerso nõ semp idez respcũ sui sed respectu alteri⁹. sic videt maior cõnexio in rebus. et ita vr dabit respectu pfectõis possibilis in quocũq ad aliqd agens sed aliud ab illo possibili. Confirmat ratio. quare cui nõ dedit natura vnicuiq principiũ actiuũ respectu omnis pfectõis sibi possibilis vt sic auferatur cõnexio eorz sm actõez et passionẽ mutuã.

Ad primũ istorum rñdeo q si causalitas aufferet a rebus nõ haberẽt oẽs pfectionem respectu cui⁹ sunt capaces. si autẽ quodlibz fieret vr pfectũ quãtuz posset pfici. nihil aliud a pducẽte videret esse causa alicui⁹ in alio. Et si iterũ instet qz si ipsum met est causa pfectõis pprie. quare non a principio se sũme pficit. Rñdeo q sicut natura quecũq reqrit successionẽ in aliquib⁹ opatõib⁹ ppt impfectõez vtutis agẽtis respcũ effect⁹ pducendi ita est hic. verbi gratia si quilibet hõ generaret pfecte quãtitatis pprie nõ haberz rõez cause saltẽ in actu respcũ pprie qtitatis naz tantez nõ posset causare nisi p motũ augmẽtatõis ymo p multos mot⁹ cõcurrẽtes.

Ad secũduz dicẽduz q nũq actio vniuoca facit cõnexionẽ actiuorz et passiuorum in vniuerso. nec videt pbus ponere tale agens et effectũ equaliter ordinata respcũ tercij. sed inter equoce agẽtia et effectus est essentialior cõnexio.

Sed cõtra qz illaz equiuocatõez põis in vno nõ autẽ vniuocatõez. ergo magis tollis cõnexionez. Rñdeo q cause eẽntialiter ordinate respcũ effect⁹ tercij aliquẽ ordinem hñt in causando sm q dictũ est in 2° hui⁹ de statu causarz. et ista est eẽntialis cõnexio vniuẽ si forte siue vltima causa sic vniuoca siue equiuoca cũ suo effectu. et hec cõnexio ita saluat ponẽdo in eodẽ rõez vltime cause respcũ effectus sitat ponẽdo in alio.

Sz cõtra sicut in eodẽ pñt cõcurrere rõ cause imediate et effect⁹. quare nõ ita ratio cause posterioris et prioris. et sic nullus ordo causarz videt necessarius pter primã cuius ratio nõ põt cõcurrere cuz rõe formali alic⁹ posterioris cause. Rñdeo q ratio cause alicui⁹ posterioris et alic⁹ prioris bene pñt cõcurrere in vno supposito et forte in vna natura si habeant vnitiue plures gradus perfectionis eiusdem effectus principiati. sed non sic omniũ causarum ordinatarz. qz alicuius istarz ratio tantã pfectõez absolutũ requirit in qua fundet q illa nõ põt esse in eodem ▪ quo est alia minor in qua fundat ratio cause secũde posterioris. hec in pticularibus exemplis satis pateret. quõ eniz in bone genito posset esse perfectio solis sm quã cooperator sol boni generanti.

Ad argumẽta que inducũtur pro opinione sancti Tho. Ad primũ de. vij°. phisicoruz dicẽduz q equiuocatio est de primo. nã primo dupliciter dicit vt dictũ est. vij°. h⁹. Uno mõ vt distinguit cõtra ptez. et iõ illud quod sic inest primo remouet ab eo cui inest. si remouet ab eo quod est aliquid eius et ita nihil sic primo mouet si aliqua ps ei⁹ quiescat. Alio modo dicit primo vt dicit p cisaz adequationez cause eo modo quo triãgulus habz tres primo. Illud autẽ qd inest sic primo alicui nõ remouet ab eo si remoueat ab eo q est aliqd eius. nam nihil min⁹ hz tres licet ptes trianguli vtputa vnus angulus nõ hẽat tres. Est ergo ibi intẽtio Phi losophi q nihil mouet seipsuz primo vtraq primitate qz sequeret cõtradictio. s. q quiesceret ad quietez ptis et nõ qesceret. naz quiescente pte nõ põt moueri primo primitate prima. et tamẽ nõ repugnaret sibi moueri p mo primitate secũda vt patet ex dictis. sed ex hoc nihil sequit contra opinionez Scoti qz poterit aliqd moueri a se primo secunda primitate. vtputa qz habẽt in se virtutem q potest se mouere effectiue et equoce. Quod eniz sic primo mouet nõ oporz q quiescat

ad quietez partis que est aliquid eius.

Sed cōtra hāc solutōez instant pdicatores si aliquid mouet̄ a se primo aut accipit̄ primo vt idē est adequate fm q distinguit̄ cōtra p alteꝝ. vt pbus accipit p posteriorē. Uel accipit̄ prio abusiue videlȝ bȝ q se extendit ad alterū ita q illud quod cōuenit alicui per alterū dicat̄ sibi cōuenire primo. sed hoc est vt dicūt abuti nominibus. Si vo accipiat̄ mō. sicut pōt aliquid moueri a seipso primo idest p alterū. Nec distinctio Scoti differt nisi in verbis ab opinione. s. Thome. Si aūt accipiat̄ li primo modo primo sic impossibile est q aliqd possit moueri a se per se primo. quod sic patet. naȝ qn̄ aliquid mouet̄ a seipso aut patitur a seipso idē erit mouēs ꝛ motū. vel ergo illud idē fm se totū erit mouēs ꝛ motū. aut secundū vnā partez erit mouēs ꝛ fm aliā erit motuȝ. nō primū qꝛ sic ideȝ fm ideȝ esset in actu ꝛ in potentia. qꝛ vnūquodqȝ qd patit̄ aut mouet̄ est in potentia. si 2ᵐ sequit̄ de necessitate q nō mouet se primo nisi alteruȝ idest per partez. Ad quā obiectionez concederet Scotus ideȝ esse in actu ꝛ in potentia diuersimode sumēdo actuȝ ꝛ potentiam. vt statim apparebit.

Ad secūduȝ argumētuȝ sancti Tho. dicēduȝ ex Scoto in hac questione q duplex ē actus. s. formal' vt ignis est actu calidus formaliter alius est actus virtualis. sicut sol est actu calidus nō formaliter sed virtual'r cum sol in virtute sit calidus. isti autem duplici actui correspondet duplex potentia passiua. s. formalis ꝛ virtualis. Et hanc distinctionē dixerunt alij sub alijs verbis vt Johannes Jandon⁹. viij°. phisicoꝝ. quedaȝ est potentia actiua cuius effectus est eiusdeȝ spēi cuȝ ea sicut cū caliditas efficit caliditateȝ ꝛ frigiditas frigiditateȝ. Et talis potentia actiua nunq̄ est in eodeȝ simul ꝛ fm ideȝ cuȝ potētia receptiua sibi correspondēte. nunq̄ enīȝ aliquid hȝ caliditatē sibi inherentē ꝛ potentiā receptiuā caliditatis sil' ꝛ fm idē. potentiā dico remotā ab actu. Alia autē est potētia actiua que est eiusdē spēi cum suo effectū vt potētia augmētatiua nō est eiusdē speciei cū augmētatōe. Et silr grauitas non est eiusdeȝ spēi cū motu deorsuȝ. ꝛ talis potētia actiua bene pōt esse simul in eodeȝ subiecto cuȝ potētia receptiua ꝛ fm eandē pteȝ principaliter licet nō omnes eodeȝ modo.

Redeundo igit̄ ad Scotū rn̄deo ad ronēz. s. Tho. secūdaȝ q impossibile est ideȝ fm ideȝ esse in actu ꝛ in potētia accipiendo actuȝ ꝛ potentiaȝ vniformiter. s. si formaliter formaliter. si virtualit̄ virtualiter. sed minor tunc est falsa. naȝ quando aliquid mouet se cuȝ sit potentia ꝛ actio eius equiuocā nō potest dici q sit in actu formali. sed in actu virtuali ꝛ in potētia formali ꝛ illa non repugnāt. esset auteȝ impossibile ideȝ esse in potētia formali ꝛ in actu formali respcū eiusdē.

Ad cōfirmatōez cōsimilr respondet̄. naȝ cum agens ꝛ patiens dicūtur cōtraria intelligenduȝ est de agente vniuoco. sic eni agēs ꝛ patiens hn̄t formas cōtrarias formaliter.

Sed contra hanc solutionez q idem est in actu virtuali ꝛ in potentia formali arguitur tripliciter. primo sic. illud quod est aliquid in actu formaliter nullo modo ē in potentia ante actuȝ ad actuȝ similez. ergo nec illud quod est in actu virtuali fm aliquid ē in potētia ad illud formalit̄. aūs patet quia tunc duo actus eiusdeȝ spēi possent inesse eideȝ. ɔn̄a patet tuȝ quia actus in quo ē alius virtualiter perfectior est illo formali qui est in virtute eius. ergo magis pficit subiectum ꝛ ita tollit potentiā ad formalez magis quā alius formalis. tuȝ etiaȝ quia frustra videt̄ inferri illa perfectio formalis prehabita illa virtuali. quia per formalez nō fit perfectius illud quod recipit q̄ prius. tū ēt tercio quia tunc videret̄ q deus posset esse in potentia receptiua multaꝝ perfectionū que sibi formaliter nō insunt sed virtualiter. Sol etiaȝ videret̄ esse in potentia passiua ad formas generabiliū quas habet aliquo modo virtualiter. Et ista ratione vtitur Egidius heremita. viij°. phisicoruȝ. nihil existens in actu

virtuali mouet se vt fiat in actu formali. q̄a habet illud altiori modo vt sol qui est virtualiter calidus nunq̄ recipiet calorē formaliter qꝛ habet illuꝫ altiori modo habendo illuꝫ virtualiter q̄ꝫ si haberet illuꝫ formaliter. Et intellectus agens cuius virtute fiūt omēs species intelligibiles nūq̄ aliquā speciē intelligibilem recipit. quia habendo huiusmodi species virtualiter ⁊ causaliter habet eas altiori modo q̄ꝫ si haberet eas formalr̄. Sol enīꝫ qui est calidus virtualiter est ꝑfectior ⁊ in altiori gradu q̄ꝫ ignis qui est calidus formaliter ⁊ intellectus agens in cuius virtute extrahuntur species intelligibiles est prestātior ⁊ perfectior q̄ꝫ intellectus possibilis qui formaliter informatur illis. hec Egidius.

Secundo arguitur sic. actiuū quodcūq̄ immediate respicit passiuū tale in cōmuni ⁊ ideo respicit perse quodlibet in quo reꝑitur ratio talis passiui vt supra probatuꝫ est. nulluꝫ autēꝫ eorum que ponunt̄ actiua respectu sui habent ratiōnē actiui respectu passiui alterius a seipso quod tamē est passiuū eiusdē ratōis. ergo nec est actiuū respectu sui. ꝓbatio minoris aqua enīꝫ calida aliud frigefactibile approximatū nō frigefacit sed calefacit ergo nō est vera actiua respectu alterius cōsimilr̄ cognoscitiua quecūq̄ vel appetitiua in alia potentia non tamen potest causare actum cognoscendi ⁊ appetendi que tamē alia est capax illius.

Confirmatur ista ratio vbi manifestū est esse actiuū equiuocuꝫ sicut de sole respc̄u generabiliuꝫ patet q̄ equiuocatio agentis non tollit̄ rationeꝫ generalis actiui que videt̄ eē agere tantuꝫ in aliud ⁊ in quodcunq̄ aliud passiuū approximatuꝫ. nō enīꝫ sol se trāsmutat ad formaꝫ vermis sed aliaꝫ materiaꝫ ⁊ hoc quācunq̄ eque dispositā ⁊ approximatam.

Tercio arguitur per instrumētuꝫ qꝛ secūduꝫ dictaꝫ rationeꝫ diceret̄ omneꝫ actioneꝫ in aliquo esse a se equiuoce agēte puta q̄ lignuꝫ calefacit se non autēꝫ ignis. sed est tantuꝫ sine quo non sicut ponūt aliqui de obiecto respectu potentie q̄ꝺ est tantum sine quo non respectu actus.

Confirmatur illud. non enīꝫ magis repugnant actus ⁊ potentia in vno q̄ꝫ in alio. si ergo in aliquo reperit̄ actus ⁊ potentia si repugnantia eoꝝ ⁊ vbiq̄ reperiet̄. ⁊ si alicubi negatur repugnātia eoꝝ ⁊ vbiq̄ negabit̄. ⁊ tunc nihil videt̄ esse per quod improbetur q̄ quodlibet cum hoc q̄ est in potentia ad aliud est tamen in actu respectu eiusdem in actu sufficiente ad agenduꝫ illud. Et iuxta ▮ additur q̄ principia methaphisica que sunt vniuersalissima verissima nullo modo sūt in ꝑticulari neganda ꝓpter quācunq̄ difficultateꝫ specialeꝫ ibi incidentem. si enīꝫ in vno negentur ⁊ in omnibus. ⁊ ita ex ignorantia vnius cōclusionis negarentur principia prima ⁊ ꝯclusiones alie multe. vt si quis ex aliqua ignorantia cōcederet ideꝫ posse esse album ⁊ nigrum principiū primuꝫ simpliciter negat. quia eadē est ratio in istis ⁊ in alijs.

Ad ista que difficilia vident̄ responderi potest vt Scotus. Ad primuꝫ q̄ cōsequētia non valet. quecunq̄ enīꝫ ratio assignaretur pro antecedente de actibus eiusdem rationis pro cōsequēte non concluderet scilicet pro actibus alterius rationis.

Ad probationeꝫ primaꝫ cōceditur q̄ ꝑcise sumendo vtrunq̄ actuꝫ scilicet virtualē ⁊ formaleꝫ. virtualis ꝑfectior est. quādo tamen est limitatus nō est ita perfectus vt omneꝫ potentiaꝫ sibi excludat respectu formal̄ quia ille formalis perfectio aliqua est inq̄tū distinguit̄ a virtuali. ⁊ ita nō ſm̄ illuꝫ proprium graduꝫ eius perficeretur subiectuꝫ q̄ꝺ haberet soluꝫ virtualeꝫ. per hoc ad secūdaꝫ probationeꝫ dicenduꝫ q̄ perfectio minor nō superfluit in aliquo quod prehabet maiorē perfectioneꝫ nisi illa minor omneꝫ graduꝫ ꝑfectionis conferret quā haberet subiectū habendo illā maioreꝫ cū minore ⁊ hoc nūq̄ est quādo illa maior est limitata qꝛ omnis limitata est minor sola se ipsa cum alia.

Confirmant iste respōsiones. patet enim ꝙ substantia quecunqꝫ precise sumpta est ꝑfectius ens quocunqꝫ accidēte suo ꝑcise sumpto nec tamen accidēs substantie tollit potētiā ad accidens nec superfluit accidens qꝛ substantia cū accidēte ꝑfectior est ꝙ̄ substātia sola.

Ad tertiā ꝓbationem in eodem primo patet nā actus virtualis in deo infinitus est ⁊ ideo si per impossibile formalis inessꝫ nullo modo esset ꝑfectior quia infinitū cū infinito non est maius infinito solo. Sed quod additur ibi de sole. Respondeo generaliter ꝙ ex ratione actus virtualis ⁊ formalis nūꝙ̄ est repugnantia ꝙ insint eidem quia tunc vbiqꝫ esset repugnantia. potest tamen vnus esse in aliquo cui aliꝰ repugnat ex alia causā non autē quia habet alium actum sicut in ꝓposito calidum esse repugnat formalit̄ soli quia est ꝓpria qualitas corporis corruptibilis ⁊ per consequēs ita non est sol subiectum capax eius sicut nec ignis est capax albedīs que est ꝓpria qualitas mixti. Sed non ideo est sol non capax caloris quia sit calidus virtualiter. patet enī ꝙ saturnus qui ponit̄ frigidus naturaliter non magis est capax caloris formaliter ꝙ̄ sol. Unde omnia talia argumenta ꝓcedunt omnino ſm causam non necessariā. Nam vbicunqꝫ horꝫ actuū vnꝰ inest ⁊ alius non potest inesse. non est causa impossibilitatis qꝛ alius inest sed ex alia cā speciali que si staret cū illo alio actu adhuc esset causa eiusdem impossibilitatis.

Et consimilis sententia habetur etiā a Scoto in primo sententiaꝝ distinctione 3ª. qōe. octaua ⁊ in secundo sententiaꝝ distinctione vigesimasecunda ⁊ in quolibetis.

Et per hoc patet ad tertium argumentum in primis ad cōfirmationē concedo enī ꝙ actus talis ⁊ talis siue virtualis ⁊ potentia ad formalē omnino in nullo repugnant qꝛ tunc vbiqꝫ repugnarent potest tamen alterū istorū alicui tertio repugnare cui alter inest ⁊ alicui tertio vtrunqꝫ repugnare ⁊ ſm hoc quandoqꝫ neutrum potest inesse. quandoqꝫ vtrunqꝫ. quandoqꝫ hoc sine illo. quandoque econuerso. lignum autē licet calefaciat se ꝑ actione equiuoca idem potest agere in seipsum vt dictum est. non tamen ignit se aut cōburit se. sicut nihil generat se aut corrumpit se. quia iste sunt actiones vniuoce ⁊ hoc loquendo de ligno ignito. Causa autem huius est quia omne ens appetit se permanere naturaliter ⁊ nullum est naturaliter sui ipsius destructiuum.

Quod autē additur de principiis metaphisicis verū est ꝙ sunt vniuersalissima. Sed nullum illorum in aliquo singulari recipit instantiam Signū enī sermonum verorum est confesse se habere hijs que apparent. sed quomodo dicetur illud esse principium ad quod tot absurda sequuntur. Non credo ꝙ Aristoteles posuisset aliquod complexū esse principiū non solū primū sed nec decimū exquo in multis singularibus euidentia absurda sequerent̄. Si etiā illud est principiū primum metaphisicū scilicet nihil idem potest esse in actu virtuali ⁊ in potentia ad actū formalē cuius ille virtualis sit principiū effectiuū. si inquā illud est principium scio ꝙ illud non est in metaphisica Aristotelis scriptū. si autē ibi habeant aliā metaphisicā quomodo soli isti talē intellectum habuerūt ꝙ terminos illius principij capere potuerunt. omnibus alijs nō potentibus terminos capere. quia si caperēt terminos ⁊ illud esset vt principiū primū statim hic quiesceret. quod tamen non tantū non capiūt vt principiū ymo dicūt simpliciter falsum. vt patet in multis eius singularibus.

Ad secundū principale argumentū cū arguitur ꝙ actiuū equiuocū agerꝫ in aliud a se sicut agit in se. Respondet Scotus ꝙ quando est essentialis ordo inter duos effectus eiusdē agentis inquātū sunt ab ipso licet neutrū illorū sit causa alterius nō potest tamē tale agens effectū posteriorē causare nisi prius natura causet effectū priorē

Exempluꝫ de prima parte radiȷ̄ ⁊ posteriore tenēdo ꝙ tot⁹ radius sit immediate a luminoso vt a causa. nūc autē effectus causandus in ipso in quo est ꝑfectio actiua ⁊ effectus causandus in alio vt in aqua calefacta sic se habent. ideo non pōt frigefacere aliud nisi prius frigefaciat se. Sed hec responsio deficit quia aqua causat frigiditateꝫ in alio per effectū frigiditatis ꝓprie non ▮ seipsuꝫ. secūdo hec responsio nō se extendit ad potētias apprehensiuas ⁊ appetitiuas. ideo stude pro alia responsione. Assumptū tamē huius responsionis est verū de agente actioneꝫ transeunteꝫ nō immanēteꝫ.

Ex quib⁹ cōsimiliter potest dici ꝙ cū cōmuniter allegaṫ ꝙ mouēs ⁊ motuꝫ debēt esse subiecto distincta necessario verum est in corporalibus solum vt inquit Scotus in 2° sententiaruꝫ dis. xxv^a. Credo etiaꝫ ꝙ ibi non necessario est verū salteꝫ dico ꝙ in spūalib⁹ est simpliciter falsa. quia deus nō possꝫ vnū angeluꝫ ita nuduꝫ in naturalibus creare qn ille suis naturalibus relictus possꝫ suaꝫ essentiaꝫ intelligere. ⁊ sic ideꝫ esset mouēs ⁊ motuꝫ indistinctuꝫ subiecto.

Ex quibus omnib⁹ patet solutio ad rationes quorundaꝫ ꝑdicatoꝝ impugnantiuꝫ Scotuꝫ in eo ꝙ cōcedit ideꝫ in actu virtuali posse esse in potentia formali. Arguūt enī sic vnūquodqꝫ agens agit per suam formaꝫ per quam est in actu formali. ergo vnumquodqꝫ agens siue equiuocum siue vniuocuꝫ agit secundum ꝙ est in actu formali tale q̄le est effectus suus formalr̄. ymo si etiā sit agēs virtuale soluꝫ tamē ꝑducit effectū suū quēcunqꝫ inquātuꝫ est formaliter in actu ꝑ suaꝫ formaꝫ. patet enī ꝙ cōsequētia est neganda. nam licet omne tale agat vel ꝑducat effectū suū inquātuꝫ est formalr̄ in actu per suā formā. nō tamē necessario omne tale est in actu formali respectu effectus ꝑducendi. sed in actu formali vel virtuali fm̄ ꝙ effectus causandus est vel erit eiusdeꝫ ratōis vel alteri⁹ ab agente.

Infertur ex dictis vltimo vt recte cōcludit Scot⁹ in secūdo sniaꝝ dis. xxv^a. ꝙ vniuersaliter hec ꝓpositio nihil existēs virtualiter tale vel modo eminētiori existēs tale potest esse formalr̄ tale est simpliciter falsa ex terminis quā assumit Egidius in. viȷ̄°. phisicoꝝ. Et si est verā nō est vera nisi ratōe materie in qua est. quod ꝓbatur q2 si precisa ratio quare aliquid nō potest recipe aliquā formā formaliter sit quia modo eminentiori habet eam. tunc oppositū erit causa oppositi. quod scilicet si nō habet modo eminētiori vel virtualiter eaꝫ ꝙ poterit recipere formaliter vel modo minus eminenti. Cū igiṫ saturnus non sit calidus virtualiter poterit fieri formaliter calidus quod est falsuꝫ. Ratio igitur quare sol virtualiter calidus non potest fieri formaliter calidus non est q2 est virtualiter calidus. sed quia caliditas est q̄litas sensibilis que nō est nata recipi nisi in corpore mixto vel ꝯposito qualis nō est sol.

Et ex hoc apparet qualiter nouellus quidam opinator in questione quadaꝫ de motu grauiuꝫ ⁊ leuiū non rationabiliter debet mirari Scotuꝫ negare hoc principiū metaphisicuꝫ nec ratōes sue friuole aliquid concludunt contra Scotuꝫ nisi pro melioribus studeat. Nec est verū ꝙ dato opposito illi⁹ principiȷ̄ falsi sequeretur aliquid per se appetere sui ipsius imperfectioneꝫ. Et cū arguit quia si agens virtualiter tale mouet se ad hoc vt sit formaliter tale. ergo naturalr̄ mouet se ad tale esse formale. ergo appetit tale esse. ⁊ cum tale esse sit imperfectius esse virtuali ergo ꝛc. Magis enī mirandū est cū credidisse Scotuꝫ leueꝫ hanc instantiā non habuisse contra se qui fuit vir solertissimus quā se admirari Scotuꝫ negare principiuꝫ falsuꝫ. sed forte aliȷ̄s intentus nō multum incubuit operibus eius. Studiū enīꝫ practice sicut scientie medicine nō satis secum ꝑmittit studium philosophie speculatiue vt inqt Johannes Ianō in fine questionis magne de pluralitate formaꝝ. quare philosophus

quarto politicorum inquit quod vnumquodque optimus melius sortitur circa vnum intentum quam circa multa. Iuxta illud Pluribus intentus minor est ad singula sensus.

In primis enim Sco. in isto nono metaphysice vt supius adducebatur in hac questione inquit quod licet precise sumendo vtrunque actum scilicet virtualem et formalem. virtualis sit perfectior formali. quando tamen est limitatus ■ est ita perfectus vt omnem potentiam sibi excludat respectu formalis. quia actus formalis est quedam perfectio inquantum distinguitur a virtuali. et ita secundum illum proprium gradum perfectionalem qui debetur actui formali perficeretur subiectum quod haberet solum virtuale.

Ex quo patet falsum esse quod esse virtuale in quocunque sit perfectius esse formali.

Secundo Scotus in .xxv. distinctione secundi sententiarum. Soluendo rationem Gotfredi de fontibus inquit. quod licet producens equocum nobilius sit termino formali productionis vt voluntas virtualiter nobilior est volitione. non tamen oportet quod producens equocum sit nobilior eo quod ratione termini formalis productionis quod est compositum vnum per accidens dicitur productum vt voluntas virtualiter sit nobilior voluntate sub volitione formaliter existente. ymo nobilior est voluntas volens actualiter ratione bone volitionis quam voluntas solum volens virtualiter. hec ille

Ex quo patet formaliter respondendo ad obiectionem suam quod non est verum quod si negetur illud principium sequeretur aliquid per se appetere sui ipsius imperfectionem. Et ad argumentum concedo quod agens virtualiter mouet se ad hoc vt sit formaliter tale et hoc naturaliter et per consequens quia non solum naturaliter appetit esse formale cuius signum est. quia si nunquam posset esse sub tali esse formali non naturaliter inclinaretur in illud. sed appetit seipsum esse sub tali esse formali ideo non sequitur quod appetat sui ipsius imperfectionem. quia esto adhuc quod agens virtuale sit perfectius esse formali. non tamen necessario est perfectius seipso sub esse formali quod requireretur ad hoc quod ratio illius boni hominis procederet.

Nec est verum quod negato illo principio destruatur processus philosophi in .viii. phisicorum vbi probat immobilitatem primi motoris cum ille procedant de eo quod est in potentia essentiali et non accidentali. agens autem virtuale est in potentia accidentali ad esse formale quare etc. de hoc alibi require.

Ad terciam rationem principalem sancti Thome cum dicebatur impossibile est relationes reales oppositas fundari in fundamento etc. Dicendum quod non est inconueniens relationes reales oppositas fundari in eodem fundamento non simpliciter sed aliqualiter illimitato. Vbi attentione dignum vt colligitur a Scoto in locis allegatis quod quedam sunt relationes reales opposite que sunt incompossibiles ■ eadem natura et supposito vt sunt relationes cause et causati. huius ratio est quia causatum realiter dependet a causa. idem autem non potest essentialiter dependere a seipso. quedam vero sunt relationes reales opposite que sunt incompossibiles in eodem supposito non tamen in eadem natura illimitata vt sunt relationes producentis et producti vt patet in diuinis. Ratio huius impossibilitatis est quia producens prius est origine quam productum. Idem autem suppositum non potest esse prius origine seipso. quedam autem sunt relationes opposite reales que neutro modo sunt incompossibiles vt sunt relationes mouentis et mobilis. cuius ratio est. quia omnis compossibilitas relationum realium reducenda est ad aliquam priorem. et vbi ista prior non inuenitur ibi nec illa posterior concluditur. Nunc autem incompossibilitas in illis duobus membris reducitur ad ordinem seu dependentiam essentialem vel originis. sed in illo tercio non reducitur dependentia talium relatiuorum ad dependentiam accidentalem Non est autem inconueniens idem suppositum dependere a se accidentaliter.

Nec obstat obiectio predicatorum contra hanc distinctionem dum dicunt duo realiter opposita secundum idem esse in eodem est omnino impossibile siue sint differentie substantiales siue ac

cidentales vt patet ex dictis

Ad formã ergo ratõis sancti Thome dicendũ q fundementum relationũ mouẽtis et mobilis quãdo aliquid mouet se licz non sit simpliciter illimitatũ. est tñ aliqualr illimitatũ quaten⁹ idez hz rões mouẽtis et mobilis aliter et aliter.

Sed contra hanc solutõez instat Scot⁹ dupliciter. primo sic. omnia opposita includũt cõtradictoria. ergo si eidez insunt relatões opposite eidez inerũt et cõtradictoria.

Adhuc materia nõ coincidit cũ alijs causis nec in idez specie nec in idem numero 2⁰ phisicorum. Ad primũ põt dici q relatiua nõ includũt repugnãtiaz vnde relatiua sunt sed ratõe fundamẽtorum inter que est essentialis dependẽtia. Aliter dicit q alia a cõtradictorijs non sunt formaliter opposita nisi in abstracto maxime si cõtraria simul esse non sit cõtradictio sicut quidaz dicũt.

Ad 2ᵐ dr q illud secũdi phisicorum intelligit de materia ex qua nõ in qua et efficiente quocunqz. Uel si intelligit de materia quacunqz tũc de agente vniuoco nõ de vtroqz [illegible] neraliter simul. De materia ex qua satis videtur Aristo. loqui quã ponit esse cãz vnaz in naturalibus.

Ad illud autẽ quod adducebat. s. Tho. de graui et leui ex. viij⁰. phisicorum breuit potest exponi de graui inquãtuz cõsiderat p̃cise vt naturaliter mobile. nõ autẽ vt habet in se principiũ mouendi. sic enim est in potentia accidẽtali ad mouere. sicut sciens ad specularj. Quomõ autez idez in re hẽat principiuz actiuũ et naturaliter mobile distinctum tamẽ ratione patet in questiõe de ratõnibus seminalibus in. vij⁰. in opinione Scoti.

Ratões autẽ ille quatuor philosophi in viij⁰. phisicorum non p̃bant simpliciter q leue et graue nõ mouent se. sed q non mouent se agendo vniuoce. vel nõ sicut aĩal. quia non habẽt principiũ sistendi suũ motũ. nec ad cõtrarias differentias mouẽt se sicut animal. ita q illa argumẽta aliqd cõcludũt de veritate. et intelligenda sunt s̃m determinationez eius sequentez sicut in alijs locis vbi Arist. arguit et postea determinat.

Ad illud quod addit in opinione sancti Thome de motu aĩaliuz. Unde potest concedi q aliqua pars quiescens localiter tamẽ mouet localiter aliaz partez sibi cõiunctam pellendo. et deinde mouet a prima pulsa trahendo. et sic q ille motus non sit a moto nisi [illegible] partem. et iste partes trahens et pellens sunt due partes cordis non pars superior corporis et inferior corporis vt in saltu sic improbabatur supra.

Postea addit Aristo. xvi⁰. de aĩalibus de semine hoc exponit s̃m quandã excellentiam actionis ex parte seminis maris. nõ q illud precise agat. tum qz quomodo tunc fetus assimilaret matri. tuz quia eiusdez speciei est semen vtrunqz. actio autez sequit formaz vt dicebat in. viij⁰. hui⁹. qõe 2ᵃ. tuz qz septio h⁹ capitulo sexto quomõ equ⁹ et asinus producũt muluz.

Ad illa que adducũtur de cognitiua ptẽ responsio si ponatur tam potentiaz q̃ obiectuz esse actiuũ respectu actus cognoscendi.

Ad illud de accidente cõmuni nõ concludit contra potentias cognitiuas tenẽdo predictaz sententiaz.

Ad illud de appetitu rationali respondetur in. xiij⁰. qõne hui⁹ noni quõ est sufficiẽs causa sui accidentis cõmunis.

Ad auctoritatez Aristo. 3⁰ de aĩa dicit q appetitus si intelligit de totali mouetur metaphorice. mouet autez p̃prie effectiue. Nec est incõueniens q in ita breui littera equiuocet mouere. nam ita inuenirent multa exempla in littera sua vt primo phisicorum. prima contraria nõ sunt ex alijs. nec ex alterutris sed omnia alia ex ipsis.

Propter quartuz quidez huius Ad primũ ante oppositũz dicendũ q ille auctoritates soluũt seipsas. nã in prima additur inqñtuz simul natum est

⁊ in secunda inquātū aliud. ⁊ sic in diffinitione potentie actiue non ponit absolute tñ mutandi aliud sed addit inquātū aliud. ⁊ per hoc ad secundū.

Ad terciū principale dicendū negando cōsequentiam. ⁊ ad ꝓbationem dicendū ꝙ actiuo ⁊ passiuo approximatis nō semꝑ seq̄tur actio ꝙ potest cōtingere ex pluribꝰ causis. primo qꝛ habito termino agens nō agit Exemplū graue quādo est in termino non pōt se mouere. secūdo qñq; etiam nō habito termino potest se impedire ne agat propter virtutē cōtrariā fortiorē. Exemplū aqua buliens ꝑsente igne calefaciente nō frigefacit seipsā. Tercio si nō est totalis causa actiua sed aliud cū ipso si illud aliud nō adsit agit. Exemplū tenēdo ꝙ in potentijs cognoscitiuis obiectū agat cū potentia non poterit potētia agere sine obiecto. Quarto si aliqua actio naturaliter ꝑsupponat̄ sue actōni quia illa nō posita nō aget si etiā nō habet in quod vel circa quod agat nō agit. exemplū nihil intelligens nihil vult cōmuniter. Quinto si sit agens liberū per se pōt nō agere. Exemplū. Intellectu ostēdente aliqͥd volūtas pōt illud nō velle cū sit agens liberum.

Dato ergo ꝙ idē agat ⁊ moueat seipsū non semꝑ sequit̄ ꝙ semꝑ agat vel producat seipsū. quia potest impediri aliquo dictoꝝ modorū.

Ritur secundo questio transferendo sermonē ad inquisitionē potentie ⁊ actꝰ in generali vtrū actus ⁊ potentia opponātur. Et supposito ꝙ opponātur an relatiue opponātur. Et arguit̄ negatiue primo. quia actus infert potentiā ergo ꝛc. añs ꝓbatur. sequit̄ enī est ergo possibile est esse quia oppositū nō stat.

Confirmatur qꝛ secundū philosophum in tercio caplō huius libri vbi notificat possibile. Possibile est cuius actus si extiterit nihil est impossibile. sed manifestū est ꝙ illō quod actu est participat hāc rationē. ergō ipsū est possibile ſm ꝙ Aristo. loquitur de potentia ⁊ possibili.

Amplius idem suppositū non potest esse quādoq; sub vno oppositoꝝ diuidētium ens ⁊ quādoq; sub reliquo sicut patet quarto topicoꝝ de fide ⁊ opinione. sed potentia ⁊ actus dicunt̄ de eodē. sic ꝙ homo in potentia ⁊ homo in actu idem sunt. qꝛ nō aliō est in potentia ꝙ̄ quod est in actu. Vñ Commētator. viijº. huius. extractio de potētia ad actū nō largit̄ multitudinē sed perfectionē.

Confirmatur vnū oppositoꝝ nō ꝑficit alterū nec facit vnū cum ipso. sed actus ꝑficit potentiā ⁊ facit vnū cū ipsa ex. viijº. ⁊ viijº. huius. quare ꝛc.

Adhuc illa nō diuidunt aliquod diuisū vt opposita quorū alterū cōuertit̄ cū diuiso sed actus ꝯuertitur cū ente. quia ens in potentia est tantū ſm quid ens. ergo est simpliciter nō ens.

Dubitat̄ 2ᵒ vtrū illa sint diuersa quorum materia est diuersa: vt innuit Aris. in littera pū inq̄t illa sūt diuersa sba quoꝝ materia nō est vna nec trāsmutatio eoꝝ ad iuicē. ⁊ arguitur affirmatiue: qꝛ mā coloris est supficies qꝛ accn̄tia nō hn̄t māꝫ ex q̄ sꝫ i q. viij. hꝰ. mā

vo saporis est humor. si ergo illa esset diuersa q̄z mā ꝛc. color ꝛ sapor differret gñe qđ ē falsum cū sint [illegible] gñe qualitatis.

Adhuc corpoꝝ celestiū ꝛ inferioꝝ nō est vna mā ꝛ tñ sť i eodē gñe. s. sbe. Dōm ꝙ duplex est gen⁹ vt igt Sco. pħicū ꝛ logicum ꝛ vtrūqꝫ a mā accipiť. illa ergo dñr diuersa genere nāli vel pħico quoꝝ mā ꝓpinq̄ siue realis nō est vna. Vñ ꝛ talia sť quoꝝ mē nō reducūtur ad se iuicē nec ambe ad tertiā. ꝛ sic dicēt nālis ꝙ color ꝛ sapor differunt gñe. sic etiā dicit ꝙ corpa celestia ꝛ iferiora differūt gñe. Genus vo logicū a mā siue māli sumiť. ꝛ si nō significet māz qꝛ i hoīe nā sensitiua cōpať ad itellectiuā sicut mā ad formā: ꝛ iō que pticipāt sensitiuā dñr hr̄e māz vnaz ꝛ in gñe vno. q̄ aūt nō hñt sensitiuā dñr diuersa genē ab hnͣ q̄ hñt eā. Vñ quoꝝ mā est diuersa genere sunt diuersa. s. pħico. ꝛ illa quoꝝ illud qđ est māle ꝛ rōe est diuersuz gñe logico sūt diuersa vel ꝓpinquo vel remoto. dico autez remoto qꝛ ꝛ si illud qđ est māle ꝓximū i rōe sit diuersum. Idē tñ pōt esse naturale ēmotū sicut lꝫ ꝓximū genus hoīs ꝛ plante sit diuersum genus [illegible] remotū est idē. vñ qꝛ genus sumiť a mā lꝫ vā mā nō sit. Iō dicit pħs ꝙ gñe sunt diuersa quoꝝ mā est diuersa. ꝛ quia illa q̄ nō cōicanť in mā nō sunt ad inuicē trāsmutabilia: iō addit pħs dicēs. Et quoꝝ trāsmutatio nō est ad inuicē. hoc aūt necessariuz fuit addē eo ꝙ accidentia māz nō hñt. [illegible] vlr accidētia q̄ nō sunt ad inuicē transmutabilia genē differūt. s. naturali vt albedo linea. cum eīꝫ q̄dā accidētia sint transmutabilia ad inuicem vt albū ꝛ nigrū q̄dā vo nō vt albū ꝛ triangulus iō q̄dā accidētia sunt gñe diuersa q̄dā vo nō. Ad primā rōez in oppositū dōꝫ ꝙ color ꝛ sapor gñe differūt. s. naturali. sunt [illegible] in eodē gñe logico qꝛ nihil ꝓhibet aliquid māle idem secundū rationē inueniri in eis.

Ad faz dōꝫ ꝙ corpa celestia ꝛ inferiora sunt diuersa gñe pħico: eadē tñ sunt gñe logico quia ratio inuenire pōt aliquid materiale in eis in quo conueniunt.

Propť quartum

quidē huius ad primū añ oppositū dōꝫ ꝙ lꝫ idēptitas ꝛ diuersitas [illegible] prius repianť i sbīs ꝑ attributionē tñ ꝯuenit alijs gñibus. sic autē nō est ꝺe silī ꝛ dissilī eq̄li vel ineq̄li qꝛ nō oīa habent attributionē ad q̄titatē vľ qualitatē.

Ad fꝫ dōꝫ ꝙ ens cōpatū nō enti i q̄tū nō ens nec ē idez nec diuersū. i ente tñ cōpato nō enti i q̄tū ens ē inueniunť idē ꝛ diuersum.

Rituř septimo

qđ vtrū ꝯtrarietas sit maxima distātia vel dr̄ia. Et arguiť negatiue. Illa que dr̄nt gñe ꝛ spē magis distāt q̄ q̄ spē tñ. Sꝫ aliq̄ dr̄nt genē ꝛ spē. ꝯtraria aūt dr̄nt spē tñ nō ergo est ꝯtrarietas maxia distātia.

Ampli⁹ a q̄cūqꝫ distat albū ab eodē albi⁹. sꝫ albū distat a nigro ergo albi⁹ distat ab eodē āt albū ꝛ nigrū sūt ꝯtraria ergo erit dare maiorē distātiā q̄ contrarietatem.

Adhuc oīs transmutatio est ex ꝯtrarijs: sꝫ trāsmutatio pōt fieri ex medio i extremū ꝛ ecōuerso g° mediū ꝯrīať extremo: sꝫ extremū mag̾ ꝯrīať extrēo q̄ medio g° ꝯtrarietas ꝛc.

In oppositū ē pħs in x. x. tex. cō. xiiij. qm̄ aūt differre ꝯtigit abiuicē dr̄ia plus ꝛ minus ē aliq̄ ꝛ maxia dr̄ia. ꝛ hāc dico ꝯtrarietatē.

Propter primum

q̄dē h⁹ sciendū ꝙ ꝯtrarietas ꝓprie est dr̄ia. i. distātia pfecta q̄i sub eodē genere posita contraria maxime a se distāt vt colligiť a pħo ꝛ Cōmentꝭ in textu. Dico aūt distantiā nō ꝓpe auditā q̄ in genere q̄titatis repiť ꝺe q̄ cōiť dr̄ inter extrema magis distātia sunt pl̄a media sꝫ distantiā translatā ad alia vt Sco. iiij. h⁹ c⁹ mōi sť opposita q̄ dici pōt elongatio extrēorū ad se iuicē fꝫ mag̾ ꝛ min⁹ vt maxīaz eoꝝ distātiā adiuicē dicam⁹ cōpletā seu pfectam aut vltimā. Vñ Cō. i x. x. pħꝫ exponēs inq̄t. Maximū eīꝫ est illud cui nō est additio. i. [illegible] illud cui nō pōt fieri additio est cōpletū. complerum autem est extra qđ nihil est. i. ꝛ illud

extra qd̄ nihil ē. est cōpletū. Cui attribuūtur cōmuniter ↄditiones quedā ipam notificātes ꝑma ꝙ ↄtrarietas est oppositio distinctorum spē eorundē tn̄ genere. ⁊ hec lucidius nota et in tertio dicendoꝝ.

Scd̄a talis cōtrarietatis ambo extrema sint positiua per qd̄ a ↄtradictione distingui tur. Huic aūt ↄditioni addit sanc. Tho. continuitatē. xi. metha. lectione. xij. volens ꝙ cōtrarietas ñ pōt eē vbi nō est ↄtinua ⁊ determinata distantia de ↄtinuitate: tn̄ illa erit inferius dubitatio. Tertia ꝙ ipa sit maxia distantia vt declaratū fuit ex quo infertur ꝙ si ē maxima etiā est pfecta ⁊ completa. Et ꝓpt̄ hoc in sb̄a ⁊ numeris nō est ↄtrarietas qꝛ i eis nō est maxima distantia nec in q̄titate nec in loco s̄m se vt sanc. Tho. v. ph̄icoꝝ lectione. iij.

Quarta ꝙ talis ↄtrarietas ꝑmo sit vni⁹ extremi ad vnū tn̄. vni eiꝫ tn̄ vnū ↄtrariat: vt videbitur ↄñr in hoc. x.

Quinta ꝙ ↄtrarietas sit oppositio eoꝝ q̄ circa idem susceptibile nō simul ſ; vicissiꝫ existunt ⁊ mutuo se expellunt nisi alteꝝ insit determinate a natura vt caliditas igni vt pꝫ i postp̄itis quā ↄditionē insinuauit san. Tho. ij. de celo lectione. x. dum inquit ad ↄtrarietatē requirunt duo. s. idēptitas subiecti ꝓpinqui vl remoti ⁊ impossibilitas in esse. Hec oia pro ↄtrarijs ꝓprie dictis imediatis ↄplerent eoꝝ naturā. Si v̄o sint ↄtraria mediata, dictis cōditionibus ānecti debet ꝙ i ↄtrarijs habētib⁹ mediū nō puenitur ab extremo ad extremuꝫ nisi transeundo ꝑ oia media vt inferius manifestabitur. Et hec ↄtrarietas primo repitur i loci mutatione postea v̄o in qualitatib⁹ i eis eiꝫ verissime est ↄtrarietas post locū vt Commentator. viij. ph̄icoꝝ quare idem Cōmentator in hoc. x. distantia eiꝫ in loco est maxima s. centri ad circūferentiā. ⁊ ista distantia ē cā in ↄtrarietate sb̄aꝝ corpoꝝ ꝓprioꝝ istis loci. Nota tn̄ ꝙ differenter inter hec repitur contrarietas. vt sanc. Tho. v. ph̄icoꝝ lectiōe. iij. ⁊ iiij. nam in qualitate est ↄtrarietas s̄m propriam rationē suaꝝ spēꝝ in q̄titate v̄o s̄m ꝑfectū ⁊ diminutū: sed in loco solum respectu motus. Cōmentū. autē in. viij. huius vr̄ velle ꝙ ↄtrarietas primo ⁊ essentialiter inuenitur in eis que opponunt in loco. Et iō accepta est distantia in diffinitione ↄtrarioꝝ pꝫ ꝙ distātia principaliter dicitur de locis ⁊ ↄñr de formis repugnantibus. ⁊ q̄q̄ ↄtrarietas primo repiatur ⁊ essentialiter in loco. tn̄ s̄m Cōmentatorē in primo celi ⁊ mundi inueniri contrarietatē in motu locali ē magis occultū q̄ i alte ratōe. ⁊ forsā itelligit de motu locali circulari

Propter secūdum

quidem huius quidam simpl'r ꝓtulerunt contradictionē oppositionū cōissimā esse maxiaꝫ distantiā quoꝝ defectus ostenditur diffuse in iiij. huius. q. vr̄: vbi ↄtrarietatē primā causalitate ⁊ natura inter alias oppositiones ꝓbauimus cum ponat ⁊ requirat maiorē repugnātiam etiā positiue. ⁊ per ↄñs inter alias maxima distantia.

Propter tertium

quidem huius dicendā cū Scoto ꝙ ↄtrarietas est maxima distantia vel differētia ꝙ deducitur: qꝛ ↄtrarietas est quedā differētia cū sit quedā distantia. sed quecūq; differūt proprie genere aut specie differunt. Sꝫ in differentibus genere nō est inuenire maximam distantiā: qꝛ vbi est repire maximū ibi est repire magis ⁊ minus. ſ; magl. ⁊ minus importāt cōpationē. ſ; in gñe diuersa nō sunt cōpabilia per Arl. vij. ph̄icoꝝ ergo inter gñere diuersa nō est repire magis nec minus nec per consequens maximū.

Amplius magis ⁊ minus inueniunt soluꝫ in hijs que sunt ad inuicē transmutabilia. sed transmutatio est quidā ꝓcessus ab vno in alteꝝ in quo quidē ꝓcessu vnū extremū magis prius distat ab alio min⁹ deinde quousq; trāsmutetur vnuꝫ in alteꝝ. sed inter gña diuersa nō est maxia distantia solū ergo inter spē diuersa. illud pꝫ qꝛ gñere diuersa possunt eē in eodē sicut quale ⁊ q̄tū qd̄ nō ↄuēit de maxie

differentibus. sed inter diuersa spē est ꝓprie transmutatio. Solū ergo maxīa distātia est inter spē diuersa. Attētõe tñ dignū ꝙ nõ q̄cū ꝗ spē diuersa maxīe distāt ſʒ solū vltima: si eīʒ ꝓueniat ab albo ad pallidū ꝓcedē ꝯuēit vlterius: ſʒ cū ꝓueniē ad nigrū nõ est ꝓcedeʒ ad aliqd vltimius. Cū ergo maxīa distantia non sit inter diuersa genere ſʒ solum inter diuersa spē ⁊ hʒ dico iter vltīa. illa vō q̄ ſr̄ vltīa sūt ꝯtraria seq̄ ꝙ ꝯtrarietas sit maxīa distātia ⁊ ex hʒ seq̄ ꝙ ꝯtraria sunt ī eodē gñe ⁊ qꝛ genus accipiē a mā seq̄ vlterius ꝙ ꝯtrarioꝝ sit vna mā ⁊ qꝛ mā est ī potētia vel qꝛ maīe debetur potētia seqtur ꝙ ꝯtrarioꝝ sit vna arſ ⁊ vna scīa.

Propter quartum

quidē hui⁹ Ad primū arū oppositū cū dr̄ ꝙ illa q̄ differūt gñe ⁊ spē magis differūt ꝗ̄ que spē. Dōʒ ꝙ hoc nõ est veꝝ ſʒ eīʒ ꝑ plā drant nõ tñ magis distāt qꝛ nec sunt cõpabilia nec ad inuicē trāsmutabilia. ⁊ tñ ī hijs solis repiē magis ⁊ minus.

Ad 2ᵐ cū dicimus albū ⁊ nigrū esse ꝯtraria ■ albū nõ intelligimus aliquē gradū albedis citra terminū: ſʒ albū accipitur ibi vt cõe ē ad oēʒ gradū albedis quo ꝯcesso pʒ ꝙ illud qō est albius nõ magis distat ꝗ̄ albū qꝛ illō qō est albius est albū. imo ⁊ albū ⁊ nigrū ꝑut sunt vē ꝯtraria accipiūtur ambo ī termino ⁊ ñ alio mō. ⁊ sic nõ distat albi⁹ magꝭ ꝗ̄ albū

Ad tertiū dōʒ ꝙ loquēdo absolute nõ est ꝑfecte mediū ꝯtrariū extremo. imo extremuʒ ꝑfecti⁹ ꝯriaē extrēo ꝗ̄ me⁹ eo ꝙ ꝑfecti⁹ distat

Ritur octauo

qō vtrū ꝯtrarietas pᵃ sit oppō habitus ⁊ priuatōis. Arguiē negatiue. pͥo nulluʒ oppositū p̄dicaē de suo opposito vē ⁊ affirmatiue cū vbo substātiuo de pñti. Sʒ ꝯtraria ⁊ priuatiua distingunē ꝑ oppositū ī gñe oppositōis vt pʒ ī post pñtis ergo ꝯtraria nõ sunt p̄uatiua nec ꝑ ꝯñs oppositio habitus ■ priuationis est prima ꝯtrarietas.

Amplius vtrūqʒ ꝯtrarioꝝ aliquā nāʒ ponit priuatio vō ꝑ se nullā nāʒ ponit ergo p̄uatio de se nõ est ꝯtrarietas.

Adhuc ꝯtrarietas est maxīa distātia ſʒ p̄uatio nõ est maxīa distātia. ergo priuatio de se nõ est ꝯtrarietas ꝓbatio minoꝛis si natum hr̄e albedinē careat albedine siue sit ꝓpinquū siue remotū dr̄ priuatū. nõ ergo habitus ⁊ p̄uatio dicūtur ꝯtrarietas.

In oppositū est phs ī tex. dū īnqt pͥa vero ꝯtrarietas habitus ⁊ priuatio est ⁊c̄.

Propter primum

quidē hui⁹ sciēduʒ ꝙ ꝯtrarietas hic audita vel late sumiē. s. pro oppositõe q̄ vt habitum fuit ī q̄rto hui⁹. q. vi. est repugnātia duaruʒ entitatū ex nā rei vel ■ opus intellectus sibi inuicē icõpossibiliū. vel sumiē pro ꝯtrarietate ꝓprie sumpta cui plīme attribute sunt ꝯditões in p̄cedentib⁹. Est aūt oppositio priuatiōis ⁊ habitus repugnātia q̄ ē negatio habitus scꝫ foꝛᵉ ī apto nato vt diffusi⁹ patebit ī. q. seq̄ti.

Propter secunduʒ

quidē hui⁹ fuit snīa. s. Tho. ī libello de quatuoꝛ oppositis priuatiue opposita cū nõ habeant mediū sui gñis sicut aliq̄ ꝯtraria ħūt nec dependentiā adinuicē sicut relatiua cū nõ habeant scḋm cõe primū locū tenē post ꝯtradictõnem cuius discussio in quarto huius questione allegata habita fuit.

Propter tertium

quidē hui⁹ dōʒ primo ꝙ ꝯtrarietas est q̄dā priuatio qō faciliter deduciē ex dr̄ia spērum oppositōis ad se inuicē. dr̄ia eīʒ est inter ꝯtrarietatē: priuationē: ⁊ ꝯtradictōeʒ vt recte hic adducit Sco. ꝙ eīʒ alteri ꝯtradicit opponiē eī: ſʒ nihil ponit neqʒ scḋm reqrit. pōt eīm dici ꝙ nõ ens nõ videt ⁊ ꝙ lapis non videt. Priuatio aūt alij ꝯtra ponit ■ nāʒ nullā ponit et iō nõ est in gñe: scḋm tñ habile reqrit. ⁊ iō nec nõ ens qꝛ nõ est scḋʒ nec lapis qꝛ nõ est aptus possunt dici ceca ſʒ solū aīal: ꝯtrarietas vero

sbm habile reqrit' et vtrūq3 extremū aliā nā3 ponit et iō ɔtraria sunt in eodē gnē. Ex qbus arguit sic vbicūq3 est aliq priuatio ibi est que dā ɔtradictio q eis est cecū est nō videns: silr vbi est ɔtrarietas ibi est qdā priuatio: l3 enim priuatio de se nā3 nō ponat: nā3 tn̄ primo pi/ mit iō ɔtrarietas est qdā priuatio.

Amplius p rōe3 pbi sic arguit. Ois gn̄o est ex ɔtrarijs ita q vtrūq3 extremū gn̄is ē cō trariū et hoc vel fm se vel fm aliqd secū ɔiū/ ctū: s alter extremū cuiuslibet gn̄s ē priuatō

Dō3 scdo q nō ois priuatio ē ɔtrarietas. qō pbat: nā priuatio iportat solum carētia3 habit': reqrit sbm cum aptitudine sine eo qō determinetur in q distantiā sbm sit ad ha bitum: q2 siue sit ppinquū siue remotū dr priuatiuū: q2 illud qō caret albedine siue nigru3 siue pallidū dr priuatiuū. S3 illud qō caret albedine nō dr ɔtrariū nisi sit in maxia distā tia. vn̄ ɔtrariū reqrit sbm maxie remotu3 ab habitu. et iō nō ois priuatio dr ɔtrarietas: s3 solu3 priuatio pfecta q fundat in aliq nā ma xime ab habitu distāte q priuatio de se nō re cipit magis et min'. et silr dr pfecta et ipfecta fm naturā in q fundat. vn̄ pfecta priuatio al bedinis solum dr priuatio fundata i nigredi ne q2 ergo ois ɔtrarietas est qda3 priuatio et nō ois priuatio est ɔtrarietas s3 priuatio pfe/ cta. Seqtur q priuatio prior est rōe ɔtrarie tate et est prima radix cuiuslibet oppositiōis. Et hoc voluit Ari. in littera cū dixit q priua tio et hitus sunt prima ɔtrarietas q2 sunt pri ma radix contrarietatis.

Vn̄ p rōib' an̄ oppositū adductis attētio ne dignū vt Sco. in hoc. x. q ɔtrariū ɔside/ rari pōt aut inqtum aliquā naturā positiua3 importat. et sic absolute et pprie loquēdo ɔtra rium nō est priuatio. Vel pōt ɔsiderari b3 q natura est impfecta respectu alteri' extremi et ois ipfectio est priuatio pfectionis. et sic ɔtra rium pōt dici priuatio. vn̄. s. Tho. in libello de qtuor oppositis in oppositōe ɔtraria vtrū/ q3 extremū aliqd est realr l3 ipfectius deficiat tn̄ magis a rōe entis p quē modū dicit phus in libro de sensu et sensato q nigredo est pua tio albedinis &c.

Propter quartuz

quidē huī'. Ad primū an̄ oppositū dō3 q p̄ uatio est vnū diuidentiu3 oppositione3 fm q determinat sbm habile p̄scidēdo naturā et sic nō p̄dicatur de ɔtrario s3 opponit ɔtrarietati Si tn̄ accipiat priuatio sine p̄cisione nature sic nihil phibet priuationē p̄dicari de ɔtrarie tate nō inqtū ɔtrariū iportat qdā naturam. S3 inqtū id qō iportat est quoddā ipfectū.

Ad scd3 dō3 q si ɔtrariū et priuatio acci piunt fm q in spē oppositōis distingunt vnū nō p̄dicat de altero q2 vnū priuatio dr et mā et l3 naturā nō ponat. natura3 tn̄ poni pmittit et iō nihil phibet p̄uatō3 p̄dicari de ɔtrarietate

Ad 3m dō3 silr q formalr loquēdo ɔtra/ rietas nō est priuatio nec ecōuerso rō tn̄ vni' saluat in rōe alteri'. l3 ei3 priuatio nō iportet maximā distātiā. saluari tn̄ pōt in maxie di/ stante. Et iō dictum est q nō omnis priuatio est cōtrarietas sed solum perfecta.

Ritur nono

qō vtrū a priuatione in hitū sit pos sibilis transmutatio. Et arguit affirmatiue p̄ mo auc. phi in tex. q vult q mutationes sunt nō solum ex forma s hitu forme ad priuatō3 s3 etiā ecōuerso a priuatōe spēi et for' ad hitū Cōfirmat nā qnto phicor dr q aliq ē muta tio a nō sbo in sbm. i. a priuatōe in hitū.

Ampli' phs prio phicor priuatio et for/ ma sunt duo principia transmutatiōis ita q priuatio est terminus a q et forma terminus ad quē: s3 a termino a q ad terminū ad quem est transmutatio ergo &c.

Adhuc tenebra opponit luci priuatiue ali oqn illuiatio medij esset cū motu et successiōe qō iprobat 2° de aia. ɔn̄a p3 q2 vnū cōtrariū nō abicitur et reliquū nō acqritur sine motu: s a tenebra ad lucē possibilis est regressio vt manifestum est ergo &c.

Ampli' oiu3 cōtrarior alter includit pri

natiue oppositũ alteri⁹ vt pħs i hoc.x.ꝛ i.q.
ꝑcedēte determiatũ est.ꝛ [illegible] hoc nō obstāte [illegible]
ꝯtraria est trāsmutatio igiť ꝛ inter priuatiue
opposita. In oppositũ est pħs i pñtis a [illegible]
uatōe i hitũ nō pōt fieri regressio. Adhuc
i oī trāsmutatōe fit trāsitus a termino a q̃ ad
terminũ ad quē.ſ priuatio nō pōt esse termi-
nus a q̃ respectu hit⁹.nā terminus a q̃ ꝑcedit
terminũ ad quē.ſ priuatio nō ꝑcedit hitũ ſʒ
ecōuerso ergo nō poterit esse transmutatio a
priuatione in habitum quare ꝛc.

Propter primum

qdē h⁹ priuatio multipľr sumiť aliqñ ꝓ alte
ra pte ꝯtrarietatis ꝓprie sumpte minoris ꝑfe
ctōis q̃lr dr̄ nigrũ esse priuatōeʒ albi vt in .q
ꝑcedēte dc̄m ē.aliqñ vō ꝓ forma tēdēte ad [illegible]
esse de q̃ Auer.pmo pħicoꝝ.forma q̃ corrũ-
piť est priuatio forme generāde vt forma em
brionis respectu forme aīal'. aliqñ aũt ꝓ for-
ma diminuta tendēte ad vlteriorē ꝑfectioneʒ
eo mō q̃ Alber.pmo pħicoꝝ ꝯcedit formā ge
nerādā ꝑfuisse in mā ſm esse diminutũ ſʒ qđ
esse ē priuatio nature coagēs agēti ad sui ipsi
us forme ꝑfectionē vt in.vij.h⁹ de inchoatōe
formaꝝ dictũ est.q.ix.aliqñ vō ꝛ ad ꝓpositũ
qōis sumiť priuatio ꝓ carentia alic⁹ cũ apti-
tudine ad illud eo mō q̃ tenebra est priuatio
lũis ꝛ cecitas visus.de q̃ pħs in q̃rto h⁹ pri-
uatio est negatio [illegible] ſbo apto nato. Ad c⁹ rō
nē reqruntur tria vt.s.Tho.in.ij. sniaꝝ dis.
xxxiiij.ar.v.s.hitus ſbm ꝛ habilitas. Et pri
uatio hoc vltīo mō sumpta vr̄ posse distigui
vt inqt Sco.i pmo sniaꝝ dis.xxviij.s. i ꝑua
tionē ꝓprie dictā vt qñ aliqd caret eo qđ na
tũ est hr̄e ꝛ qñ ꝛ vt oꝫ cũ aliis reqsitis ꝯditio
nib⁹.Et in priuationē cōi⁹ [illegible]dictā qñ aliqd ca
ret eo qđ ipʒ natũ est hr̄e nō ſm se ſ ſm gen⁹
sicut talpa dr̄ ceca qꝛ visio q̃ ꝑ cecitatē priua
tur nō repugnat aīali ſm genus: lʒ repugnet
talpe ſm se.ꝛ in isto mō tanto gñali⁹ q̃to ha
bitus cui⁹ est pri⁹ natus est cōpetē cōiori cō-
uenienti ipsi priuato.puta priuatũ dicētur a
liqd qđ nō hr̄et illud qđ natũ esset sibi cōpe-
tere ſm rōeʒ corpis q̃ cui natũ esset cōpetē rō
ne aīalis.ꝛ adhuc cōius qđ natũ esset hr̄e ſʒ
rōeʒ corpis.ꝛ cōissime si est natũ hr̄e illud ſʒ
rōeʒ entis. Exēplũ pmi sicut lapis dr̄ iaīat⁹
ꝛ priuari aīa q̃ ꝯuenit sibi ſm rōeʒ corpis c⁹
aīatũ est dr̄ia.i.viuētis. Exemplũ scđi sicut
angelus dr̄ incorpore⁹. Exemplũ tertij sicut
oīs creatura dr̄ iꝑfecta nō qꝛ nata sit hr̄e oēʒ
ꝑfectōeʒ in suo gn̄e: ſʒ qꝛ hr̄e oēʒ ꝑfectōeʒ non
repugnat enti qꝛ vni soli cōuenit esse simplr̄ ꝑ
fectũ.Est ergo priuatio carentia ei⁹ qđ natũ
est hr̄i ſm rōeʒ entis vel ſm rōeʒ gn̄is vel ſm
rōeʒ specificā ꝓprissime ꝛc. Pōt q̃q priua
tio illo mō vltīo supi⁹ audita distingui.ꝛ alr̄
vt Sco.in ꝑdicamētis.nā q̃dā priuatio pri-
uat hitũ ſm hitũ ꝛ ſm potētiā vt cecitas q̃dā
aũt priuat tm̄ actũ vt tenebra in medio .

Adhuc tertio pōt diuidi priuatio sumpta
vt supra vltīo mō nā q̃dā est cui⁹ hitus inest
a pricipio inato cuiusmōi est cecitas qꝛ visus
est a principio intrinseco.alia aũt est c⁹ hitus
inest a pricipio extrinseco vt tenebra i medio

Sʒ dubitatur vtrũ priuatio sit purum ni
hil an in suo intellectu includat aliquid ꝛ nũ
quid reale aut rōis. Dōʒ vt Sco.in pmo
sniaꝝ dis.xxviij.cui snīe etiā cōsentit i ꝑdica
mētis ꝙ negatio ſm genus cōissime accepta:
ꝛ priuatio ſm genus cōissime vidētur idē qꝛ
negatio in apto nato est priuatio ſʒ pħʒ.iiij.
metha.ita ꝙ nihil addit negatio supra priua
tionē nisi ꝙ reqrit naturā aptā in q̃ sit priua
tio.ergo formalr̄ nō est nisi negatio. vñ apti
tudo est in subiecto ſʒ nō est de ꝑ se rōe priua
tionis nisi ponamus ꝙ priuatio includit du
os ꝯceptus. ſʒ vterq̄ est sepabil' ab alio ꝛ vē
ꝙ notatur vel ꝯnotatur [illegible] nomē priuatiuuʒ.
q̃liter aũt distinguatur negatio i genē a priua
tione visũ fuit i q̃rto h⁹.q.iij.qd etiaʒ sentien
dũ sit apđ doctrinā ꝑdicatoꝝ ibidē visũ fuit
priuatio eiʒ sicut ꝛ negatio est ens ſm ꝙ ens
signt vitatē ꝓpōnis vt.s.Tho.i.ij. sniaꝝ dis.
xxxiiij.adeo eiʒ vā est negatio de eo qđ nō ē
sicut ei⁹ affirmatio de eo qđ est. eo eiʒ ꝙ res
est vel nō est oīo dr̄ vā vel falsa.ꝛ iđ ꝙ nihil

ē nō negat φ est eē sȝ negat φ nō ē eē. vt sanc. Tho. in libello de q̄tuor oppositis ca. v. Ex quo pȝ φ nō est dōȝ oē illud hr̄e esse in rerū nā. esse dico qd̄ sequitur eēntiā de quo ꝓpō formari pōt. Jō cū dr̄ cecitas est in oculo nō designatur cecitatē hr̄e esse sequēs eēntiā cū priuatio nō hēat eēntiā: sȝ significat potiꝰ φ oculus careat quodā esse. Silr̄ cū dr̄ materia pͥma ē nō ens [redacted] accidēs nō sequtur φ aliqd̄ esse seq̄tur eēntiā ipiꝰ materie qȝ esse acꝰ ē qui i materia pria de se nō repitur cū sit pura potētia. sȝ significatur φ eēntia materie est subiecta priuatōi rōe cuiꝰ dr̄ nō ens nō simplr̄ sȝ i gn̄e sicut est ipa priuatio q̄ ē pticipatio nō entis simplr̄ qd̄ est alterꝫ extremū ɔtradictiōis ꝛ ꝓriꝰ q̄ alterꝫ ɔtrariorꝫ φ ponit aliqd̄ i natura ipiꝰ rei. Et pp̄ h̄ dicit. b. Augul. φ materia est prope nihil quod est propter priuationem adiunctam. hec sanctus Thomas ibidem. Est autem habitus hic contra priuationem distinctus dispositio vl̄ qualitas aut per modum istorȝ se habens informans aliquam potentiam vel principiȝ eliciens actū vt colligi potest ex doctrina sancti Thome in secundo sententiarꝫ dis. xxiiij. q. i. ar. pͥo dū inquit φ habitus proprie est qualitas informans aliquam potentiam vel principium eliciens actum. propter quod recte dictum fuit superius φ ad rationeȝ priuationis requirūtur tria. s. habitus: subiectuȝ: ꝛ habilitas. habilitas nanq̧ est medium inter potentiam vl̄ subiectum ꝛ actum seu formā. vt sanc. Tho. ibideȝ. Nec haberi proprie dicitur qd̄ participatur fm̄ quēcūq̧ modum. sed tm̄ fm̄ actuȝ perfectum. vt sanc. Tho. primo sententiarum dis. xv. q. iiij. articulo primo ad tertium.

Transmutatio vero vt cōis omni mutationi phisice est progressio alicuius. s. subiecti de quodam scilicet termino a quo in quoddam scilicet in terminum ad quem.

Propter secunduȝ qdē huius sciendum φ. s. Tho. in hoc. x. premittit priuationem esse duplicem quandā ordinatam ad subiectuȝ imediate qualiter tenebra ordinatur ad medium natum illuminari Aliam autem que nō est ordiata ad subiectū nisi mediante forma vl̄ habitu quatenus priuatio dicitur quedam corruptio illius habitus seu forme sicut cecitas hoc modo ordinatur in oculuȝ mediante visu. ꝛ mors in corpꝰ mediante vita. A prima ergo istarum priuationum fit mutua conuersio ad habitum non autem a scd̄a nisi forte per resolutionem vsq̧ ad materiaȝ primā. Pro cuius intellectu attentione dignum vt sanc. Thomas in. viij. huius φ aliqua est priuatio ex qua potest fieri reditus ad formaȝ sed per resolutionē ad māȝ primā ꝛ alio mō nō pōt fieri sicut d̄ mortuo ꝛ viuo aceto ꝛ vino vidēte ꝛ ceco. vn̄ secundum resolutionem ad materiam primaȝ nō potest fieri ex mortuo viuuȝ nisi redeatur primo in materiam primā inquantum corpꝰ mortuum resoluitur in elementa ꝛ ex elementis iterum ordine debito venitur ad constitutionem animalis. ꝛ similiter de aceto ꝛ vino. ꝛ huius ratio est quia quātum materia se habet ad diuersa secundum ordinem nō potest ex posteriori redire in id quod precedit secundum ordinem sicut in generatōe animalis ex cibo fit sanguis ꝛ ex sanguine semē ꝛ mēstruum ex quibus generatur animal. nō auteȝ potest mutari ordo nisi per resolutionem in materiam primā. si auteȝ sit aliqua priuatio ad quā materia imediate ordinatur que scilicet nihil aliud significet nisi negationeȝ forme in materia sine ordine ad formā a tali priuatione potest fieri reditus ad formam sicut a tenebris ad lucem: quia tenebre nihil aliud sunt nisi absentia lucis in dyaphano.

Huic vō determiationi aduersatur Scotus in predicamentis increpās eam de distinctione nō competenti: quia nullum subiectum videtur ordinari in priuationem mediāte habitu nec priuationem ordinari ad subiectum mediante habitu nisi intelligatur sic φ subiectum nō est natum recipere priuationem nisi prius recipiat habitum. Et hoc iteruȝ est ma

nifeste falsum quia aliquis non prius videns potest esse cecus nisi intelligatur subiectu3 ordinatur in priuationem mediante habitu vt oculus in cecitatem mediante visu.i. oculus non est cecus nisi prius sit natus recipere visionem.7 sic distinctio nulla quia sic omne subiectum ordinatur in priuationē mediante habitu.

Propter tercium

qdē b9 dicēdū primo q̄ si sermo sit de priuatiue oppositis in generali sic a priuatōe in habitum nō est impossibile vniuersaliter esse regressum quod faciliter declaratur.nam sic generaliter loquendo priuatio est carentia forme in subiecto quando aptum natum est habere.7 a tali priuatione possibile est eē regressum ad formam. Ex quo patet dictum Aristotelis in predicamentis a priuatione ad habitum impossibilis est regressus esse veru3 de aliqua priuatione inparticulari.

Dicendum secundo q̄ a priuatione habēte immediatum ordine3 ad subiectum sic est possibilis transitus vel motus sicut potest eē 7 econuerso quod ostenditur.aer enim de lucido fit tenebrosus 7 de tenebroso lucidus sicut materia transit de forma ignis ad priuationem 7 a priuatione ad formam ignis.Unde dato q̄ nulla alia fuisset forma i materia nihilominus tamen materia esset susceptiua forme cuiuscunq3 7 priuata quacūq3. Et hāc conclusionem concedit sanctus Thomas 7 h̄ x.7 in.viij.huius vt in secundo arti.dictū ē.

Dicendum tertio q̄ a priuatione nō habēte immediatum ordinem ad subiectum nō est transitus eius in habitum nisi eo modo quo inquit sanctus Thomas in octauo huius scilicet per resolutionem vsq3 ad materiā primā.

Ex quibus patet Scotum in predicamētis nō recte increpare sanctum Thomā de distinctione priuationum ſm q̄ mediate vl' immediate ordinantur in subiectum.na3 aliqua est priuatio ad quam materia prima immediate ordinatur que scilicet nihil aliud significat nisi negationem forme in materia sine ordine ad formam vt tenebra.

Aliqua autem est priuatio ad quam materia prima ordinatur solu3 mediate que est negatio forme in materia cu3 determinato ordine ad formā sicut cecitas mors 7 huiusmodi scilicet per resolutionem vsq3 ad materia3 primam. Et cum arguit Scotus q̄ aliqs nō prius videns potest esse cecus. Dicendum q̄ hoc nō tollit ordinem cecitatis ad visionem: quia cecitas 7 generaliter quelibet alia priuatio est carentia eius quod est aptum natū haberi 7 hoc tripliciter scilicet ab eo vel ab alio eiusdem speciei vel a quocūq3.7 tertia est tm̄ in diuinis vt sanctus Thomas in questionibus de potentia questione nona articulo septimo ad vndecimū.licet ergo aliquis nō p9 videns possit esse cecus. cecitas tamen presupponit visionem in aliquo eiusdem speciei cu3 eo cuius est priuatio que est cecitas 7c.

Dicendu3 quarto q̄ a priuatione cui9 habitus inest a principio innato in ipsum habitum sibi oppositum impossibilis est transmutatio quod declaratur vt Scotus vbi supra quando habitus qui est a pr̄icipio intrinseco nō inest tunc in subiecto nō est principiu3 sufficiens illius habitus.7 cum natura transmutabilis semper tendat in nō esse nō est possibile illud principium recuperari in subiecto. et ita nec habitum illum induci.ergo si priuatō talis habitus aliquando insit impossibile [illegible] postea habitum illum inesse.

Dicendum quinto q̄ a priuatione cuius habitus nō est a principio intrinseco ad ip̄m habitum nō est impossibilis transmutatio licet priuatio aliquando insit vt p3 de tenebra 7 luce.

Sed insurgūt difficultates. Prima quomodo saluari possit q̄ priuatio formaliter [illegible] sola negatio 7 tamen sit principium reru3 naturalium. Tum primo quia actus principiandi est quid positiuū nō ergo videtur q̄ dari possit ab aliquo pure priuatiuo cum nihil habeat perfectiorem cālitatem q̄ entitatem.

Tum etiam quia principiare est naturaliter dare esse sed sic dare est actus vel quasi act᷒ positiuus. Tum tertio quia omne principiū vt sic est naturaliter prius suo principiato. Sed priuatio naturaliter non potest esse pri-or suo positiuo quare ꝛc. Tū quarto quia naturaliter prius alio videt̄ hr̄e relationē realē ad ipsū. sed in pura priuatione nec subiectatur nec fundatur aliqua relatio realis vt patet consideranti ergo ꝛc.

Secunda difficultas vtrum materia sit aliquo modo prior priuatiōe. ⁊ videt̄ ꝙ non. quia ꝙprimū naturaliter ē materia habet naturalem aptitudinem ad formā quā nō habꝫ aut ergo talis aptitudo est priuatio vel non. si est priuatio ergo ꝙprimū naturaliter ē materia iam primo naturaliter habet priuatōēꝫ vel est priuata. ⁊ per consequens priuatio nō distinguitur realiter ab ipsa ꝛc.

Tertia difficultas vtrum priuatio possit redire eadem numero vt tenebra eadem numero. ⁊ videtur ꝙ sic quia priuatio numeratur vel ex numeratione habitus cui opponit̄ vel subiecti. sed tenebra sequens lumen habꝫ idem subiectum cuꝫ tenebra precedente ⁊ est priuatio eiusdem luminis in numero: quia idem lumen in numero maneret si tenebra nō inesset.

Quarta difficultas vtruꝫ priuatio alicuius determinate forme puta antixp̄i sit in tota materia corruptibilium ⁊ hoc nō quia tūc forma antixp̄i posset educi de potentia huius totius materie. ⁊ consequēter forma antixp̄i posset actuare totam materiam corruptibiliū. quod est impossibile. aut solūꝫ in aliqua parte eius ⁊ hoc nō quia tunc nō quelibet materia istorum inferiorūꝫ esset receptiua cuiuscūꝙ forme generande quod est falsum vt patet de se.

Quinta vtrum a priuatione quacunqꝫ q̄ est carentia eius quod natum est haberi tam fm rationem entis ꝙ generis vel speciei specialissime de quibus dictūꝫ est in primo articulo ad habitum sit possibilis aut impossibilis transmutatio.

Sexta vtrum priuatio suscipiat magis ⁊ minus.

Septima vtrum priuatio semper sit nata fieri circa subiectum sui habitus.

Octaua difficultas vtrum priuatio sit intenta ab aliquo agente.

Nona difficultas vtrum priuatio prius opponatur esse ꝙ habitus.

Ad primam potest dici ꝙ priuatio est principium rerum naturalium ꝙuis sit pura negatio quia ipsa est principium compositi naturalis in hoc ꝙ est terminus intrinsecus a q̄ generationis. nō enim est principium constitutiuū compositi naturalis sed iniciatiuum seu intrinsece terminatiuum quod idem est propter quod dicitur principium intrinsecūꝫ: quare sanctus Thomas in questionibus de potētia questione tertia. priuatio est principiūꝫ ▪ se fiendi nō autem essendi. ⁊ per consequens negetur ꝙ actus principiandi sit quid positiuum. nec est verum ꝙ principiare generaliter sit dare esse realiter. sed pricipiatio consistit in sola relatione rationis. ⁊ licet significetur per modum actus tamen nō est actus realis. Et cum dicebatur ꝙ omne principiūꝫ est prius ꝛc. concessa maiori negetur minor. nam ꝙ possibile est in aliquo ordine minus perfectūꝫ esse prius naturaliter perfectiori tam possibile videtur etiam aliquam priuationem eē naturaliter presupposità in materia vt data res producatur vel constituatur. ⁊ sic potest naturaliter esse prior illa re data. Et cum vlterius addebatur ꝙ naturaliter prius alio habet relationem realem ad ipsūꝫ huic potest dici negando illam ꝓpositionem quia nō omnis prioritas naturalis nec tēporal̄ ē relatio real̄.

Ad secundam difficultatēꝫ potest dici cō cedendo ꝙ materia est aliquo modo prior priuatione inq̄tum priuatiuo presupponit aptitudinem in subiecto comparando tamen materiam ⁊ priuationem ad compositūꝫ sic forte neutra ē prior alia sed quelibet habet rōēꝫ primi principij. ad probationem cum diceba

tur quod primum est materia &c. Dici potest quod si su matur materia absolute pro essentia sola ipsi us materie videtur illa propositio negāda quod primū naturaliter est materia habet natura lem aptitudinem ad formā quam nō habet. si ve ro sumatur materia quatenus importat respe ctum ad formam vel compositum cuius ē ma teria consequentia illa est neganda quia licet talis aptitudo nō sit sine priuatione tali: ipsa tamen formaliter nō est priuatio. nam pro a liquo priori contingit materie talem aptitudi nem prius inesse sine priuatione eo quod priua tio presupponit aptitudinem et nō ecōtra. da to etiam illo consequente scilicet quod quod primum esset materia naturaliter ipsa eēt priuata seu informis que informitas forte competit ma terie per se nō valet vlterior consequētia qua infertur quod tunc nō distingueretur ab ea.

Ad tertiam difficultatem respondit Sco tus in quarto sententiarum dis. xxij. vbi que rit an peccata per penitentiam dimissa in re cidiuāte redeant eadem numero in fine. quod nō potest redire eadem tenebra numero saltem per naturam quia ita nō potest esse eadem ne gatio sicut nec eadem affirmatio posita inter ruptione hinc et inde. Et ad probationem di co quod ad vnitatem priuationis nō sufficit vni tas subiecti et habitus oppositi. sed requiritur vnitas cōtinuitatis eiusdem i subiecto eo mo do quo potest habere eē i subiecto. patet hoc per simile quia ad vnitatem negatiōis nō suf ficit vnitas affirmatōis. nam nō sortes quod est negatio vnius affirmatōis numero potest esse nō solum plura numero: sed in pluribus specie et genere et tot esse quot sunt entia que nō sunt sortes. Ita et priuatio potest esse eius dem forme et tamen nō eadem. potest etiam esse in eodem subiecto plurificata si sit inter ruptio sicut et habitus eius esset plurificatus si cum interruptione inesset illi subiecto.

Ad quartam difficultatem potest dici quod si per priuationem audiamus negationem pu ram seu aptitudinem quam presupponit vtro que modo satis rationabiliter potest admitti quod priuatio ad bonum intellectum est in tota ma teria corruptibilium et in quolibet puncto illi us. et per consequens concedi potest quod forma antixpi potest educi de potentia illius totius materie. quia sicut multiplicatur priuatio ad omnem punctum materie vel quo ad denomi tionem si fuerit pura negatio: vel quo ad iex istere si fuerit aptitudo ita etiam potentia re spectiua. Ex hoc tamen nō sequitur quod forma antixpi possit actuare totam istam materiam sed solum sequitur quod quamlibet portionem huius materie sibi proportionabilem quantum est ex se potest actuare.

Ad quintam dicendum quod cum priuatio nes ille omnes de quibus exemplificatur impor tent carentiam forme eius quod est natum habe ri que nō habet immediatum ordinem ad sub iectum. habitus quoque illarum priuationum sint a principio innato ideo a priuatione tali quacunque in habitum sibi correspondentē na turaliter impossibilis est transmutatio.

Ad sextam dicendum quod priuatio est du plex vt sanctus Thomas in questionibus de malo questione prima articulo primo ad se cundum scilicet impriuari et in priuato eē pri ma est contraria habitui et nō secunda. et hec secunda suscipit magis et minus quia ponit a liquid quod est de ratione eius nō autem pri ma. vt idem sanctus Thomas ibidem questi one secunda articulo nono. et in prima secun de. q. lxxiij. articulo secundo per totum sicut egritudo nō est pura priuatio sed dicit humo res inordinate dispositos. Eo modo quo di cimus quod terminus generationis et corruptio nis est duplex. s. quod .i. genitum vel corruptū et quo idest forma vel priuatio sicut duplex principium. vt sanctus Thomas i primo sen tentiarum dis. v. q. iij. vnde et in primo libro contra gentiles capitulo. xxvi. forma et priua tio nō sunt termini generationis et corruptio nis nisi ratione ipsius esse.

Priuatio etiam suscipit magis et minus secundum suas causas nō autem secundum se. vt sāctus Tho. in li. x. lect. vij. et alibi pluries.

Ad septimā difficultatem dici potest q̄ p̄uatio nō semper est nata fieri circa subiectū sui habitus vt sanctus Thomas in questionibus de vitate.q.xxi.articulo secundo ad p̄m

Ad octauam dicendum q̄ nulla priuatio est intenta ab aliquo agente.vt sanctus Thomas secūdo sententiaꝝ dis.prima.q.i.arti. primo ad secundum. Est nanq̄ priuatio preter intentionem nature particularis ꝛ de intē tione vniuersalis nature.vt sanct⁹ Thomas in q̄stionibus de potentia.q.iij.ar.vi.ad.xiij.

Ad nonam dicendū q̄ priuatio prius opponitur esse q̄ȝ habitui ratione contradictiōis sed econuerso ratione inherentie.

Propter quartuȝ

quidem huius. Ad primū ante oppositum dicenduȝ q̄ auct.p̄hi cōuenienter potest admitti de priuatione cuius habitus nō inest a principio intrinseco ꝛc.

Ad confirmationem de quinto phisicoruȝ dici potest q̄ si per transmutationem audiamus solum motum proprie dictum sic nulla est mutatio aut transmutatio seu motus proprie dictus a priuatione [illegible] habitum nisi quādo priuatio coniungitur contrario. Pro quo attentione dignum vt Scotus in predicamentis q̄ inter contraria mutuo est motus proprie dictus: quia vtrunq̄ est aliqua natura positiua nec potest expelli nisi in tempore. Sed a priuatione in habitum nūq̄ est mot⁹ ratione priuationis quia materia subiecta p̄uationi tm̄ habet carentiam forme ꝛ cuȝ hoc tamen stat q̄ summe sit disposita ad suscipiēdum formā: ꝛ ita nō oportet illaȝ moueri ad illam. Sed statim presente agēte recipit illaȝ sine motu. quapropter recte inquit hic Antonius andreas q̄ cōtraria nō sunt termini motus sumendo motum pro mutatione que abstrahit a motu proprie dicto ꝛ a subita mutatione nisi inq̄tum includunt habituȝ ꝛ priuationem. nam habitus ꝛ priuatio sunt termini primi de quibus dicitur in quinto phisicorū a nō subiecto in subiectum ꝛc. ꝛ isti sunt incō possibiles. possunt tamen duo contraria esse termini motus proprie dicti cuius est fieri de contrario positiuo in contrarium positiuum. vnde motus quo ex albo fit nigrum ratione terminorum primorū fit ex nō nigro in nigrū seu ex priuatione in habitum. ꝛ vt sic est mutatio. ratione autem terminoꝝ nō primorum sed concomitantium fit ex albo nigrū. nec ex h̄ p̄la q̄ȝ tria ponūt trāsmutatōis nālis p̄n^a p̄ma nā isti⁹ mot⁹ p̄n^a p̄ma.i.p̄cipalia sūt p̄uatio ꝛ habitus seu nō nigrum ꝛ nigrum. principia autem prima.i.immediata possunt esse album ꝛ nigrum que ambo sunt positiua ꝛc. Et per hec ad secundum principale.

Ad tertium patet q̄ argumentum concludit verum de priuatiue oppositis nō habentibus ordinem ꝛc. vt in questione.

Ad vltimū patet q̄ nō sequitur motum p̄prie dictum nō esse inter cōtraria si nō sit iter priuatiue opposita quia extremū ignobilius cōtrarietatis nō tm̄ est priuatio reliqui. s; cuȝ hoc sit aliqua forma positiua ꝛ ideo nō pōt expelli sine motu. Qualiter autem audiēda sit autoritas predicamentoꝝ visū ē i q̄oe

Ad rationem in oppositum dicēduȝ q̄ nō semper priuationem precedit habitus loquēdo de habitu qui per motum acquiritur. vnde p̄bat Aristoteles quīto phisicoꝝ q̄ quies est priuatio motus nō illa que est ī termīo ad quem sed que est ī termino a quo. Cōtra[illegible] autem q̄ priuatio que est ī termino a quo precedit motum.

Aliter dici potest q̄ priuatio est posterior motu s̄m cognitionem. nam priuatio habet cognosci per habituȝ licet ī esse priuatiuo q̄ȝ q̄ precedat motum ꝛc.

Ritur decimo

questio vtrum tm̄ vnum vni sit contrarium arguitur negatiue. primo omnis generatio est ex cōtrariis. omnis autem generatio est transmutatio: sed ab vno potest fieri transmutatio ad multa: quia ab igne ad terram ꝛ aquam. ergo vni cōtrariantur multa.

Cõfirmatur omnis transmutatio est inter priuationem ⁊ habitum. sed priuatio habit⁹ potest cõtingere multis modis quia priuatio dicit carentiam habitus in subiecto. sed hoc quod determinet sibi aliquam dispositionem in subiecto ꝯm quam sit propinquum vel remotum ab ipso habitu. Si ergo transmutatio sit inter priuationem ⁊ habitum que multis modis cõtingit. ⁊ omnis transmutatio est inter cõtraria eidem possunt multa cõtraria ▪ sicut possunt ꝯm priuationem opponi.

Amplius virtus ⁊ vicium sunt cõtraria. sed cuilibet virtuti opponũtur duo vicia vt liberalitati auaricia ⁊ prodigalitas quare ꝛc.

Adhuc equali cõtrariatur magnuꝫ ⁊ paruum ergo questio falsa añs patet. tuꝫ primo quia equale ⁊ nõ equale cõtrariatur ▪ inequale cõsistit ĩ duobus. s. magno ⁊ paruo. tuꝫ qꝛ ista iterrogatõe vtrum vtimur in oppositis ⁊ vtimur ipsa inter equale ⁊ magnum ⁊ paruũ querimus enim vtrum hoc sit equale vel maius vel minus eo.

In oppositum est pħs in textu dum ĩquit hijs autem entibus palam quod nõ cõtingit vni plura cõtraria esse ꝛc.

Propter primum

qdẽ huius qd sit vnum ⁊ quot dicatur mõis q̃rto ⁊ quinto h⁹ ⁊ in hoc. x. sufficiẽter discussum est qd vero cõtrariũ sit in questione. vij.

Propter secunduꝫ

quidem huius sciendũ quosdam voluisse nõ solum in oppositis cõtrarie tm̃ vnum vni esse cõtrarium. sed hoc dicunt esse vniuersale ad omnes oppositiões si intelligatur cum hac cõditõe primo ⁊ ꝯm eandẽ rõnem. licet Aristꝭ. in hoc loco de oppositione ꝯtrarietatis solum mõ dicat de qua presens extabat ꝯsideratio.

Quoꝝ sñia de oppositis ꝯtrarie ꝯtradictorie ⁊ priuatiue defendi põt. q̃uis de oppositis relatiue videatur ambigua si idem ad plura eque primo possit referri. vt inquisitũ fuit in quinto huius in materia de relatione.

Propter tertium

quidẽ huius dicẽdũ. ꝑ ꝙ tm̃ vnũ vni perfecte opponitur ⁊ est ꝯtrariũ. qđ probatur ratione Scoti ꝯtrarietas est pfecta ⁊ maxima distãtia. ſ maxime distãtie sũt tm̃ duo vltima: qꝛ qđ ꝑ suphabũdãtiã dr̃ vni soli ꝯuenit. maxima ergo distãtia tm̃ est vna sed vnius distãtie tm̃ sunt duo extrema vltima. si ergo vni opponũtur duo aut eque distabũt ⁊ tunc nõ est distãtia vna. aut vnũ distabit magis ⁊ alteꝝ minus. ⁊ tunc qđ minus distat nõ est cõtrariuꝫ eo ꝙ aliquid est vlterius. sequit̃ ergo ꝙ tm̃ vnũ vni pfecte est ꝯtrarium.

Amplius si vni plura essent ꝯtraria: aut ergo illa plura sunt infra eandẽ distãtiaꝫ vel ꝯtrarietatem. vt si albuꝫ dicamus ꝯtrariari nigro ⁊ fusco. ⁊ hoc dici nõ põt qꝛ tunc vltio aliquid esset vlterius vt arguit Arꝭ. in littera. ⁊ per cõsequẽs maximo esset aliquid maius qꝛ ꝯtrarietas est vltima distãtia. vel illa plura sunt in diuersis distãtijs vel ꝯtrarietatibus. ⁊ hoc dici nõ põt vt pꝫ in distãtia locali. Et h⁹ impossibilitatẽ deducit Alexãder in hac parte via Auicẽne in methaphisi. sũa nã posito ꝙ. a. ꝯtrariet̃. b. ⁊. c. ⁊ tũc queritur an. a. ꝯtrarietur illis ambobus ꝯm eandẽ rationẽ. ⁊ tunc tm̃ vnũ vni est ꝯtrariũ sicut albedo ꝯtrariatur nigredini hui⁹ indiuidui ⁊ illius. s. fortis ⁊ plonis. nec ꝓpter hoc est dđꝫ ꝙ vnũ ꝯtrarietur duobus. si vͦ dicatur ꝙ a ꝯtrariatur. b. c. ꝯm duas rationes: ita ꝙ ꝯm vnam opponitur ipsi. b. ⁊ ꝯm aliã ipsi. c. seq̃ ꝙ sunt due ꝯtrarietates ⁊ nõ vna.

Dõm scđo ꝙ sicut opposita ꝯtrarie reducunt̃ ad vnũ ⁊ multa sic ꝯtrarietas reducitur ad multitudinẽ. prima pars pꝫ de eodẽ ⁊ diuerso: sili ⁊ dissili: equali ⁊ inequali ▪ huius modi. scđa pars ꝓbat̃ qꝛ distãtia formalis que saluatur in ꝯtrarietate reducitur ad mltitudinẽ. vnde iste videtur ꝓcessus ꝯueniens qꝛ ꝯtrarietas est species oppositõis oppositio dr̃ie: dr̃ia diuersitatis: diuersitas multitudinis quare ꝛc.

Dicēdū tertio ꝙ vni nō sunt plura ↄtraria nisi impfecte aut equiuoce. nā mediū cōpatū ad vtrūqꝫ extremū sicut fuscū per cōpationeꝫ ad album est nigrū. per cōpationeꝫ ṽo ad nigrū est album p pħm.v.phisicoꝝ.⁊ iter duo extrema multa possunt esse media. quare impfecte multa possunt esse vni cōtraria.

Propter quartuꝫ

qdē buiꝰ ad primū ante oppositū.dðꝫ qꝛ ista inter que est transmutatio nō semp sunt ↄtraria ẜm se.ſꝫ aut ẜm se aut ẜmꝰdispositiones sibi adiunctas.vnde si ex igne fiat aer nō ē maxima distātia.⁊ ideo nō sunt ↄtraria qꝛ q̄ distāt [redacted] aliquod mediū distāt.dicuntur tamen ↄtraria qꝛ habent dispōes ↄtrarias.⁊ vni dispōni tm̄ est vna dispositio ↄtraria pfecte vt sicco humidū:calido frigidū.⁊ ideo igni ꝓpꝛ siccū eius ↄtrariatur aer.⁊ ꝓpter calidū terra ⁊ cā vtriusqꝫ aqua. ⁊ exinde sequitur ꝙ vni ↄtrariātur multa.

Ad cōfirmationē dicendum ꝙ lꝫ priuatio multis modis ↄtingat eo ꝙ nō determinat dispositionē ẜm quā subiectum sit ꝓpinquū vel remotum. ↄtrariū tamē determinat dispositionem ẜm quā subiectū sit remotum maxie ꝓpter hoc ↄtrariū importat quandā naturaꝫ ⁊ priuatio nō. vnde ad pluralitatē priuatiuam nō plurificantur ↄtraria imperfecte.

Ad scðm principale dðm ꝙ virtus ⁊ viciũ dupl̄r possunt cōsiderari aut ẜm ratōeꝫ boni ⁊ mali ⁊ sic virtꝰ ↄtrariatur vicio:quia ibi tali distātia virtus maxime distat.⁊ tunc vtrūqꝫ extremū habet rationē vnius extremi quia vtrūqꝫ est malum. si ṽo virtus ↄsideret̄ ẜm ꝓpriā rationē vt est mediū inter duo : sic nō ↄtrariatur pfecte alteri:qꝛ sic duo vicia st̄ magis ↄtraria qꝛ maxime distāt magis q̄ꝫ ṽtus ⁊ viciū.

Ad aliud dðm ꝙ equale opponitur ⁊ magno ⁊ paruo vt ꝓbabitur:nō tm̄ ↄtrariat̄ perfecte imo magis equale opponitur eis sicut ꝑuatio q̄ꝫ sicut ↄtrariū.⁊ iō dicit pħs ꝙ si illud sit equale qð nec sit magis nec minus.illa negatio nō est negatio simpl̄r ſꝫ negatio priuatiua:qꝛ negatio simpl̄r dꝛ de ente ⁊ nō ente qð nec est maius nec minus.ſꝫ illud qð est neqꝫ ē maius neqꝫ minus aptū tm̄ natum esse maius ⁊ minus illud est equale.

Rit̄ undecimo

qð vtrū media que sunt in eodē genere cū extremis ⁊ que solum sunt inter cōtraria cōponātur ex ↄtrarijs primis. Et arguit̄ negatiue primo ↄtra suppositum.nam virtus est mediū inter duo vicia ſꝫ virtus est in gn̄e boni viciū ṽo in genere mali. bonū aūt ⁊ malum nō sunt in genere ſꝫ sunt alioꝝ genera ī ꝑdicamentis.ergo media ⁊ extrema non semp sunt eiusdē generis.

Confirmat̄ primo. equale est mediū inter magnū ⁊ paruū.ſꝫ equale ptinet ad genus relationis. magnū ṽo ⁊ paruū ad genus q̄ntitatis.ergo nō sunt in eodem genere.

Confirmat̄ scðo qꝛ in omni medio est negatio vtriusqꝫ extremi. negatio aūt ī nullo genere est ergo ꝛc.

Amplius ꝙ mediū nō sit solum inter ↄtraria arguit̄.nam qð transmutat̄ dū transmutat̄ nec est in termino a quo nec ī termino ad quē.ſꝫ ↄtingit aliquā transmutationē esse iter ↄtradictoria.est eīꝫ aliq̄ transmutatio de subiecto in nō subiectū ⁊ ecōuerso p pħm.v. phicoꝝ.ergo dū aliqd est in tali transmutatione sub neutro ↄtrarioꝝ est. ſꝫ illud qð se hꝫ per abnegationē vtriusqꝫ se hꝫ vt mediū. ergo inter ↄtradictoria est mediū.

Confirmat̄ primo illud qð transmutatur de extremo in extremū [redacted] prius ꝑuenit ad mediū.ſꝫ a forma ad ꝑuationē vl̄ ecōuerso.⁊ ab vno relatiuoꝝ ad reliquū ⁊ ecōuerso pōt fieri transmutatio sicut de iniusto pōt fieri iustꝰ ⁊ ecōuerso ⁊ de filii filis ⁊ ecōuerso.ergo inter priuatiua ⁊ relatiua erit mediū ponē in qð ꝑus ꝑuenit transmutās q̄ꝫ in extremū.

Confirmat̄ 2° illa sunt sil̄ quoꝝ nō est mediū. si ergo inter ↄtradictoria ⁊ ꝑuatiua non esset mediū ↄtradictoria ⁊ ꝑuatiua essent sil̄.

9ñs falsum ergo et antecedens.

Adhuc 9tra q̃ões principalr arguit nega tiue qñ aliquid fit ex pluribus o3 alter3 se ha bere ad alter3 vt potentia ad actum: quia ex pluribus in actu nõ fit vnũ. sed illud qd fic c̃ compositũ h3 aliqd ex quo fit. cum ergo acci dentia nõ habeãt materiã ex qua et media sũt accidentia: media nõ cõponent ex extremis.

Confirmatur primo si mediũ cõponeret ex extremis aut illud mediũ actu accipet esse ab extremis. et tũc duo 9tradictoria essent simul in eodẽ qd est impossibile aut potentia. et tũc mediũ nõ differret a mã prima.

Confirmatur scdo q2 nihil ex alio cõponi tur vt videt q2 ab eo simplr remouetur: sed mediũ importat negatiõnẽ vtriusq3 extremi: quare etc.

Amplius forma est compositioni cõtingẽs simplici et inuariabili essentia 9sistens vt au ctor. vi. principior3. S3 media 9trarior3 sunt quedã forme. ergo sunt in esse simplici et p cõ sequens nõ composita.

In oppositũ istor3 omniũ videt phs i hoc x. Cũ inquit qñ aũt 9trarior3 9tingit mediũ esse aliquid et quorũdã est necesse ex 9trarijs esse. omnia nãq3 media in eodem sunt genere et quor3 sunt media etc.

Propter primum

qdẽ huius mediũ et si i quarto hui9 q̃õne. vi. cõiter notificatũ sit3 p esse id qd inter duo lo catur extrema. sm tñ phm i hoc textu media dñr in q̃cunq3 pmutari prius est necesse q2 p mutat. Intelligit ei3 per mediũ Aris. vt inqt Cõmento. id ad qd transmutabile transmuta tur primo et essentialr. quot aũt modis dicat mediũ visum fuit in q̃rto h9. q. allegata.

Ex quo patet que sint extrema.

Genere vo eadẽ dicunt q̃cunq3 d'ria spe cie in aliquo vniuoco qditatiuo de illis pdica bili 9ueniunt. 9traria aũt que sint visum fu it supra. pma vero 9traria sunt q̃cunq3 i eodẽ genere locata inter se maxime distant cũ reli quis. q. vij. adductis. Est vo cõpositio mlti plex vt 9posito spectat q̃dã totalis et essen tialis qua. s. aliquid cõponit ex aliquib9 eẽn tialiter totalr vt hõ cõponit ex aĩa et corpore Alia partialis qua. s. aliquid cõponit q̃tũ ad sui partẽ vt. i hõ cõponitur ex carnibus et os sibus manibus et pedibus que nõ componũt nisi partẽ hois. s. corpus. Cõpositionũ etiã ta lium eẽntialiũ alia est ex partibus realr vl es sentialr distinctis vt cõpositio sbe ex materia et forma vt hois ex aĩa et corpe. Alia est ex p tibus formalr distinctis vt cõpo spẽi acñtis ex gñe et d'ria. Cõpositionũ etiã ptialiũ alia hõgenea alia etherogenea. et hec iter3 duplex alia ex partibus distictis formalr et situ. alia ex parte s3 nõ situ vt compositio elementor3 in mixto sm opinionẽ tenentẽ miscibilia ma nere in mixto etc.

Propter secunduz

quidẽ huius tenẽtes colorem nõ esse nisi lucẽ oppacatã siue extinctã in oppato vt egidio a scribitur in scdo sniar3 distictionẽ color3 spe cificã et essentialem. et per 9ñs nec cõpositõe3 medior3 ex extremis saluare possunt vt 9sta Sicut ei3 apud eos lux omnis est eiusdẽ spe ciei cũ altera luce: ita quilibet color alteri co lori est idem in spẽ. sm enim maiorem extincti onem lucis cum oppaco causatur nigredo. s3 vo minorem causatur albedo. sm vero medi am et nõ extremã extinctionẽ colores medij vt rubedo fuscedo etc. Hec aũt varietas i magis et minus vel mediũ nõ est nisi accidẽtalis dif ferentia. habent aũt sic dicentes vba. s. Tho me in primo sniar3 dis. xvij. q. i. ar. primo cũ inquit. Color est lux incorpata i extremitate dyaphoni terminati. Cuius opinionis discus sio alibi perscrutanda est et p̃cipue i. v. phi.

Quidam aũt alij senserunt q2 sicut in tepi do sunt caliditas et frigiditas actualiter sub gradibus tamen remissis: ita et in coloribus medijs sunt colores extremi sub remissis gra dibus ipsos componẽtes. vt Jacobus forliui ensis in sua q̃õne de intensione et remissione.

Cui snie conformia videntur vba Auers.

in q̄rto phicoꝝ cōmento .lij. dū3 inq̄t ꝙ i formis medijs sūt extrema actualiter sub gradibus remissis ex quib⁹ ipsa media dñr cōponi. ⁊ fuit opinio Jacobi d̄ forliuio in q̄stione sua de itēsiōe ⁊ r̄missiōe ⁊ q̄ pl'iū modernoꝝ.

Propter tertium quidē hui⁹ dō3 p̄io cū Scoto ꝙ mediu3 eo mō quo de ipso hic agit Ar̄l. est in eodē genere cum extremis q̄d deducitur. nam medium est illud in q̄d ɔtinue transmutans prius puenit q̄ in extremū. sed transmutatio nō est ab vno genere in aliud genus nisi p accidens. ex albo ei3 nō fit dulce nec figuratū nisi per accidens. Sed omnis transmutatio est inter ea q̄ sunt eiusdem generis. cū ergo transmutatio p̄us sit ab extremo in mediū ⁊ deinde a medio in alteꝝ extremū mediū semp est in eode3 genere cum extremis.

